¶Ex ſympoſio Platonis ſūpta uerba numeris coagmētiſq; uerboꝝ ſcite modulateq;: & apte exercēdi grā in latinā oīonem uerſa.cap.xx.Sympoſium platonis
¶Quibus tēporibus poſt Romā cōditam græci: romaniq; illuſtres uiri floruerūt: ante ſecūdum bellum carthaginēſium.cap.xxi. Vt conſpectum

¶Capitula decimioctaui Libri.

d Iſputationes a philoſopho ſtoico: & cōtra a pipatetico arbitro phauorino factæ quæſtiūq; inter eos quantū in pficiēda uita beata uirtus ualeret: quātumq; eſſet in iis quæ dicuntur extranea.cap.i.Familiares phauorini
¶Cuiuſmodi qōnum certationibus ſaturnalia ludicra athenis agitari ſoliti ſumus atq; inibi inſperſa quædā ſophiſmata & enigmata oblectatoria.cap.ii.Saturnalia
¶Quid æſchines rhetor in oīone q̄ timarchū de īpudicitia accuſauit lacedæmonios ſtatuiſſe dixerit ſup ſnīa pbatiſſima: quā īprobatiſſim9 hō dixiſſet.cap.iii.Aeſchines
¶Quod Sul.Apol.prædicantem quædam a ſeſe uno Saluſtii hiſtoria intelligi illuſit quæſtione propoſita quid uerba iſta apud Sal.ſignificarent: per incertum ſtolidior an uanior.cap.iiii.Quum
¶Quod.Q.Ennius in.vii.annali quadrupes eques: & non quadrupes equus: ut legunt multi ſcriptum reliquit.cap.v.Cum antonio
¶Quod Helius Meliſſus in libro titulū fecit de loquēdi ꝓprietate: quē quū ederet: cornū eē copiæ dicebat: rē ſcripſit: neq; dictu: neq; auditu dignā: quū differre matronam & matrēfamilias exiſtimauit: differētia longe uaniſſima.cap.vi.Helius
¶Quē in modū phauorinus tractauerit intēpeſtiuū quædā de uerboꝝ ambiguitatibus quærētē. atq; ibi quod ſignificationes capiat cōcio.cap.vii.Domitio homini
¶Ομοιοτέλευτα ὁμοιοπτωτα. i. ſimiliter finiētia & ſimiliter cadētia. atq; alia id genus quæ ornamēta orationis putantur inepta eſſe & puerilia Lucilii quoq; uerſibus declarari.cap.viii. ὁμοιοτέλευτα
¶Quid ſignificet apud.M catonē uerbū inſecēda quodq; inſecenda potius legēdū ſit: q̄ quod pleriq; exiſtimant inſequenda.cap.ix.Et ſequor
¶Errare iſtos q̄ī explorāda febri pulſus uenaꝝ ptētari putāt: nō arteriaꝝ. cap.x.In
¶Verba ex carminibus Futii antiatis inſcite a ceſellio uindice reprehenſa. Verſuſque ipſi in quibus ea uerba ſunt ſubſcripti.cap.xi.Non hercle

¶Morem iſtum ueteribus noſtris fuiſſe uerba paciendi mutare: ac uertere in agendi modum. cap. xii. Id quoq;
¶Quali taliõe dioge. phius uſus ſit: pertẽtatus a dialectico &c. cap. xiii. Saturnalib9
¶Quid ſit numerus hemiolios: quid epitritos &c. cap. xiiii. Figuræ
¶Quod. M. Var. in herroi- uerſibus obſeruauerit &c. cap. xv. In longis

¶Capitula deciminoni Libri.

r Eſponſio cuiuſdam philoſophi interrogati: quam ob cauſam maris tempeſtate pulluerat. cap. i. Nauigabamus
¶Ex qnq; corpis ſenſib9: duos eẽ cũ belluis maxĩe cões. q; turpis & ĩproba ẽ uoluptas: quæ ex auditu uiſu odoratuq; ꝓcedit. quæ uero ex guſtu tactuq; eſt: reꝛ oium fœdiſſima ẽ: quũ hæ duæ beſtiaꝛ ẽt ſint reliquæ hominum tm̃. cap. ii. Quinq; ſunt
¶Quod turpius eſt frigide laudari: q̃ acerbius uituperari. cap. iii. Turpius eſſe
¶Quãobrẽ uẽter repẽtino tiore effluat q̃re ẽt ignis urinã laceſſat. cap. iiii. Ariſtotel.
¶Ex ariſtotelis libris ſumptũ: q; niuis aqua potui peſſima ſit: & q; ex niue chryſtallus concreatur. cap. v. In tyburte rus
¶Q d pudor ſanguinẽ ab extra diffundi: timor uero cõtrahit. cap. vj. In ꝓblematis
¶Quid ſit obeſum nonnullaq; alia priſca uocabula. cap. vii. In agro
¶Quæſtio an arena cælũ triticũ pluralia iueniãt: atq; inibi de quadrigis: inimicitiis nõnullis præterea uocabulis an ſingulari numero cõperiant. cap. viii. Adoleſcẽtibus.
¶Antonii Iuliani i cõuiuio ad quoſdã greꝯcos lepidiſſima reſpõſio. cap. ix. Adoleſcẽs
¶Verba hæc præter ꝓpter in uſu uulgi prodita etiam ennii fuiſſe. cap. x. Memini
¶Ponit uerſus platonis amatorios: quos admodũ iuuenis luſit. dum tragœdiis contendit. cap. xi. Celebrantur duo
¶Diſſertatio herodis attici ſup ui & natura doloris: ſuæq; opinionis affirmatio p exemplum indocti ruſtici qui cũ rubis fructiferas arbores præcidit. cap. xii. Herodem
¶Quos pumiliones dicimus: græce ΝΑΝΟΥϹ appellari. cap. xiii. Stabant forte
¶Contẽporaneos fuiſſe cæſari & Ciceroni. M. Varronem: &. P. Nigidiũ ætatis ſuæ doctiſſimos romanos &c. cap. xiiii. Aetas. M. Ciceronis

¶Capitula uigeſimi & ultimi Libri.

d Iſceptatio Sex. Cecilii iuriſcõſulti: & Phauorini philoſophi de legibus. xii. tabularum. cap. i. Sex. Cecilius
¶Vocabulũ ſiticinũ i. M. Catonis oꝛone: qd ſignificet: quã ob cãm. L. Accius poeta in grãmaticis ſiciniſtas nebuloſo noĩe eẽ dixerit. cap. ii. Siticines ſcriptum
¶Artificiũ ſcænicoꝛ ſtudiũ: amorẽq; ĩhoneſtũ: ꝓbroſumq; eẽ &c. cap. iii. comœdos
¶Exempla epiſtolaꝛ alexãdri regis & Ariſtote. phi &c. cap. iiii. Cõmentationum
¶Quęſitũ atq; tractatũ utꝛ ſit recti9 dicere hẽo curã uĩ an ueſtrũ. cap. v. Percõta.
¶Quã diuerſæ greꝯcoꝛ ſniæ ſup numero Niobæ filioꝛ. cap. vj. Mira & prope
¶De iis quę hĩe ϹΥΜΠΑΤΕΙΑΝ. i. conſenſum uidentur &c. cap. vij. Anianus
¶Qualibus uerbis delectari ſolitus ſit antonius iulianus poſitis in mimiambis ſcripſit de ĩnocẽtia ſua: quũ ita dictitat: nũq; ueſtimẽta a ꝓpꝛio poſci. cap. viii. Delectari
¶Quid uocabulum iure manu conſertum ſignificet. cap. ix. Ex iure
¶Quid ſit ſculnæ uerbum poſitum apud. M. Varronem. cap. x. P. Iauinii
¶Auctoritas tanq̃ præfationis admonitio in operis totius ſumma de noctium ordine. cap. xi. Vt qui

¶AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER PRIMVS.

Lutarchus in libro quem ΟΠΟΣΗΨΥΧΩΝ ΚΑΙ ΣΩΜΑΤΩΝ ΑΝ ΤΡΩΠΟΙΣ ΠΕΡΙ ΕΥΦΥΙΑΣ ΚΑΙ ΑΡΕΤΗΝ Διάφορα. ideſt quantū inter homines animi corporiſq; ingenio atq; uirtutibus inter
p ſit: conſcripſit. ſcite ſubtiliterq; ratiocinatū Pythagoram phi-
loſophum dicit. in reperienda: modulandaq; ſtatus longitu-
dinis eius præſtantia. Nam cum fere conſtaret curriculū ſta-
dii. quod eſt piſis apud Iouem olympium. Herculem pedi-
bus ſuis metatum. idq; feciſſe longum pedes ducentos. cætera quoq; ſtadia in terris græcię ab aliis poſtea inſtituta. pedum quidem eſſe numero ducentorum: ſed tamen eſſe aliquantulum breuiora. facile intellexit modum. ſpaciumq; plantæ Herculis ra- Hercules
tione proportionis habita. tanto fuiſſe q̄ aliorum procerius: quanto olympicum ſta-
dium longius eſſet q̄ cætera. Comprehenſa autem menſura herculani pedis ſecun-
dum naturalem membrorum omnium inter ſe competētiam modificatus eſt. Atq;
ita id collegit: quod erat conſequens. tanto fuiſſe Herculē corpore excelſiorē: q̄ alios:
quanto olympicum ſtadium ceteris pari numero factis anteiret.

¶Ab Herode attico conſulari uiro tempeſtiue deprompta in quandam iactatum & glorioſum adoleſcentem: ſpecie tantum philoſophiæ ſectatorem uerba Epicteti ſtoi ci: quibus feſtiuiter a uero ſtoico ſeiunxit uulgus loquacium nebulonum: qui ſe ſtoi-
cos nuncuparent.

Capi. ii.

Erodes atticus uir & græca facundia: & conſulari honore præditus: accer-
h ſebat ſæpe nos quum apud magiſtros athenis eſſemus in uillas eius urbi
proximas me & clariſſimum uirum Seruilianum cōpluriſq; alios noſtra-
tes: qui Roma in græciam: ad capiendum ingenii cultum conceſſerant. Atq; ibi tunc
quum eſſemus apud eum in uilla: cui nomen eſt Cephyſia: & eſtu anni: & ſidere au-
tumni flagrantiſſimo propulſabamus caloris incommoda lucoq; umbra ingentium
longis ambulacris & mollibus ædium poſticum refrigerantibus lauacris nitidis: &
abundis: & collucentibus: totiuſq; uillæ uenuſtate aquis undiq; canoris: atq; auibus
perſonante. Erat ibidem nobiſcum ſimul adoleſcens: philoſophiæ ſectator: diſcipli-
næ ut ipſe dicebat ſtoicæ: ſed loquacior impendio & promptior. Is plerunq; in conui
uio ſermonibus qui poſt epulas haberi ſolent multa: atq; īmodica de philoſophię do
ctrinis intempeſtiue: atq; inſolite diſſerebat. Præq; ſe uno cæteros omnis linguæ atti-
cæ principes gentemq; omnem togatam quodcūq; nomen latinum: rudes eſſe: atq;
agreſtes prædicabat: atq; interea uocabulis haud facile cognitis: ſyllogiſmoq; captio
numq; dialecticarum laqueis ſtrepebat ΚΥΡΙΩΝ ΙΤΑΣ ΣΟΧΑΙΟΥΣΑΣ ΘΕΩΡΙΑΣ: ideſt la
queorum adhuc ſpeculationes claudicantes. Alioſq; ad genus griphos neminem poſ
ſe dicens niſi ſe diſſoluere. Rem uero ethicam naturamq; humani ingenii: uirtutūq;
origines: officiaq; earum confinia: aut contra morborum uitiorumq; fraudes: animo
rumq; labes: ac peſtilentias aſſeuerabat: nulli eſſe ulli magis ea omnia explorata: cō-
perta meditataque. Cruciatibus autem doloribuſq; corporis & periculis mortem mi
nitantibus: habitum ſtatūq; uitæ beatæ: quam ſe adeptū eſſe putabat: neq; lædi neq;
imminui exiſtimabatur. Ac ne oris quoq; & uultus ſerenitatem ſtoici hominis: unq̄

illa posse ægritudine obnubilari. Has ille inanes quum flaret glorias: iamq; omnes finem cuperent: uerbisq; eius defatigati perteduissent: tum Herodes greca: cuius plurimus ei mos fuit: oratione utens. Permitte inquit philosophorum amplissime quoniam respondere nos tibi quos idiotas uocas: non quimus: recitari ex libro: quid de huiuscemodi magni loquentia uestra senserit: dixeritq; Epictetus stoicor& maximus. iussitq; proferri dissertationum Epicteti digestarum ab Ariano primum librũ: in quo ille uenerandus senex iuuenes: qui se stoicos appellabant: neq; frugi neq; operæ probæ: sed theorematibus tantum nugalibus: & puerilibus sagogarum cõmentationibus dilatrantes: obiurgatione iusta incessuit. Recta igitur sunt ex libro qui plorabatus est: ea que addidit. Quibus uerbis Epictetus seuere simul ac festiuiter scitũxit: atq; diuisit a uero: atq; sincero stoico: qui eẽt procul dubio: ακωλυτος: ανεκβιαστος: απαραπτωτος: ελευθερος ευπορος ευδαιμων: dest non prohibitus inuiolatus: minime implicitus: liber: diues: fœlix: uuigus aliud nebulonum hominum: qui se stoicos nuncuparent. Vtroq; uerborum & argutiarum fuligine ob oculos audientiũ iacto: sanctissimæ disciplinæ nomine mentirentur ειπερμοι περι αγαθων. και κακων ακουειν. ιλιοθεν μεφερων ανερμος κικονεσσι πελασσεν. τωνοντων τα μενεσ ιν αγαθα. τα δε κακα. τα δε αδιαφορα αγαθα μεν αρεταικακα τα μετεχοντα κακιας. αδιαφορα δε τα μεταξυ του τον πλουτος. συγγυια: ζωη θανατος. ηδονη: πονος: ποθεν οιδας ουτως ελληνικος λεγειν τοις αιγυπτιακοις τι γαρ διαφερει τουτο ειπειν ηοτι διογενης. εν τηθηκη ηχρυσιππος ηκλεανθης: βεβασαν και συν αυτο: και δογμασαυτου πεποιησαι: δεικνυεπως εἰωθασεν πλοιω χειμαζεσθαι μεμνησαι ταυτης της διαιρεσεως οταν ψοφηση τοιουτον: και αναραγασή εανσοι της ουτωπος παρασθεις ειπλεγεμοι συα πρωην ελεγες: μικακι δεξι τοναγ αγησαι: μητης κακιας μετεχον ουκαραξυλον ε σεισειο αυτο τιμιν. καισοι αγτρωπε. απολυμεθα και συελθων παιδεισ. εαν δεσε οκαισαρ μετα πεγ ψηται κατηγορουμενων. i. de bonis cedo: & malis audis an illud? Ad ciconas troia referes meuentus adegit: Rerũ q̃dã bona: quædã mala: q̃dã indifferentia sunt. Bona sane uirtutes: quæ uicii participant mala. Indifferentia uero illa quæ inter hæc media sũt: opes: coniugium: uita: mors: uoluptas: labor. unde nosti inquit? Sic Hellanicus in ægyptiacis tradit. Quid enim refert ita dicam an Diogenem in moralibus Chrisippumue: aut Cleanthem? Hoc itaq; exquisiuisti: decretumq; feciſti tuum. Expone quonam modo tempestatem in naui feras nunquid eius distinctionis memineris: ubi instrepit ac stridet uelum? siquis te ita alloquatur: repete age tu ea. quę modo aiebas: num sit uitium naufragium facere? nũ particeps uitii sit: an non contra istum baculũ moueas? heus homo: quid mecum tibi? nos perimus: & ipse ludis Cæsar quoque si te delatum accersiuerit: quid agas?

¶ Quod chilo lacedæmonius consilium anceps pro salute amici cœpit. Quodq; est circunspecte & anxie considerandum an pro utilitatibus amicorum del nquendum aliquando sit notataq; inibi: & relata quæ Theophrastus: &. M. Cice. super ea re scripserunt. Capi. iii.

Chilo præstabilis homo sapientiæ: quonam usq; debuerit cõtra legem contraq; ius pro amico ꝓgredi dubitauit. Eaq; res in fine quoq; uitæ ipso: animum eius auxit. Et alii deinceps multi philosophiæ sectatores: ut in libris eorum scriptum est satis inquit scite: satisq; sollicite quæsiuerunt: ut uerbis quæ scripta sunt

pta ſunt ipſis utar εἰ βοηθεῖν τῷ φίλῳ παρὰ τὸ δίκαιον. καὶ μέχρι πόσου καὶ ποῖα. ideſt nunquid oporteat contra iuſticiã amico ſubuenire? & qua fini? & incuiuſmodi? ea uerba ſignificant: quæſiſſe eos: an nõnunq̃ contra ius: contraue morẽ facien dũ pro amico? ſit & in qualibus & in quibus cauſis. & quẽnam aduſq; modum. Sup hac quæſtione quũ ab aliis ſicuti dixi: multis tum diligentiſſime a Theophraſto diſputatur: uiro ĩ philoſophia peripathetica modeſtiſſimo doctiſſimoq;. Eaq; diſputatio ſcripta eſt: ſi recte meminimus: in libro eius de amicitia primo. Eum librum. Ma. Cicero uidet legiſſe quum ipſe quoq; librum de amicitia componeret: & cætera quidẽ quæ ſumẽda a theophraſto exiſtimauit: ut ingenium. Facundiaq; eis fuit: ſumpſit & tranſpoſuit commodiſſime aptiſſimeq;. Nunc autem locum de quo ſatis quæſitum eſſe dixi: omnium rerum aliarum difficillimum: ſtrictum: atq; curſim tranſgreſſus eſt. Neq; ea quæ a Theophraſto penſiculate atq; enucleate ſcripta ſunt: executus eſt. Sed anxietate illa & quaſi moroſitate diſputationis prætermiſſa: genus ipſum rei tã tum paucis uerbis notauit. Ea uerba Ciceronis ſi recenſere quis uellet: appoſui. His igitur finibus utendum eſſe arbitror: ut cum emendati mores amicorum ſunt: tum ſit inter eos omnium rerum: conſiliorum: uoluntatum ſine illa exceptione communitas: ut etiam ſi qua fortuna acciderit: ut minus iuſte uoluntates amicorum adiuuãdæ ſint: in quibus eorum aut caput agatur: aut fama declinandum ſit de uia: modo ne ſumma turpitudo ſequatur. Eſt enim quatenus amicitię uenia dari poſſit. Quum agetur inquit aut caput amici: aut fama declinandum eſt de uia: ut etiã nonnunq̃ uoluntatem illius adiuuemus. Sed cuiuſmodi declinatio iſta eſſe debeat: qualiſq; ad iuuandum digreſſio: & in quanta uoluntatis amici iniquitate non dicit. Quid autem refert ſcire in huiuſmodi periculis amicorũ: ſi non magna me turpitudo inſecutura ẽ: de uia recte eſſe declinandum? niſi id quoq; me docuerit: quam putat magnam turpitudinem? & cum deceſſero de uia: quouſq; digredi debeam? Eſt enim inquit quatinus dati amicitiæ uenia poſſit. Hoc immo ipſum eſt: quod maxime diſcendum eſt: quodq; ab iis: qui doceant minime dicitur quatinus quaq; fini amicitiæ uenia debeat. Chilon ille ſapiẽs de quo pauloante dixi: conſeruandi amici cauſa: de uia declinauit. Sed uideo quouſq; progreſſus eſt: falſum enim pro amici ſalute conſilium dedit. Id ipſum tamen in fine quoq; uitę: an iure poſſit reprehendi: culpariq; dubitauit. Contra patriam inquit Cicero arma pro amico ſumenda non ſunt: hoc profecto nemo ignorauit. & priuſquam Theognis: ut Lucilius ait: naſceretur. Sed id quæro: id deſidero: quum pro amico contra ius & contra q̃ licet: ſalua tamen libertate atq; pace: faciendum eſt: & quum de uia (ſicut ipſe ait) declinandum eſt: quid: & quantum & in quali cauſa & quonam uſq; id fieri debeat? Pericles ille athenienſis egregius uir ingenio boniſq; omnibus diſciplinis ornatus in una quidem ſpecie: ſed planius tamẽ quid exiſtimaret profeſſus eſt. Nam quum amicus eũ rogaret ut pro re cauſaq; eius falſum deieraret his ad eum uerbis uſus eſt. Δεῖ μέσου πράττειν τοῖς φίλοις ἀλλὰ μὴ ἐπιορκεῖν. ideſt opus eſt me amicis commodare ſed uſq; ad aras. Theophraſtus in eo quem dixi: libro inquiſitius quidem ſuper hac re ipſa & exactius. preſſiuſq; q̃ Cicero dixerit. Sed is quoq; in docendo non de uno quoq; facto ſingularim exiſtimat neq; certis exemplorum documentis: ſed generibus rerum ſummatim: uniuerſimq; utitur ad hunc ferme modum. Parua inquit & tenuis uel turpitudo uel infamia ſubeunda eſt. ſi ea re magna utilitas amico queri poteſt. Rependitur quippe: & compẽ

ſatur leue damnum delibatæ honeſtatis maiore alia grauioreq; in adiuuando amico honeſtate. Minimaq; illa labes: & quaſi laſciuia famæ imminentis: partarum amico utilitatum ratione ſolidatur. Neq; nominibus inquit moueri nos oportet: q; paria genere ipſo non ſunt: honeſtas meæ famæ: & rei amici utilitas. Ponderibus hęc enim poteſtatibuſq; præſentibus: non uocabulorum appellationibus: neq; dignitatibus generum diiudicanda ſunt. Nam quum in rebus aut paribus: aut non longe ſecus: utilitas amici: & honeſtas noſtra conſiſtit honeſtas proculdubio præponderat. Quum uero amici utilitas nimio eſt amplior: honeſtatis autem noſtræ in re nō graui leuis iactura eſt: tūc quod utile amico eſt: id primum illo: quod honeſtum nobis eſt: ſit plenius. ſicuti eſt magnum pondus æris: parua lamina auri fit præcioſius. Verba adeo ipſa theophraſti ſup ea re adſcripſi. ΟΥΚΕΙ ΤΙΘΟΥΤΟΥ ΤΟΥ ΤΩΥΓΕΝΕΙ ΤΙΜΙΩΤΕΡΟΥΝΛΗ ΚΑΙ ΟΤΙΟΥΝ ΜΕΡΟΣ ΤΟΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΤΗΛΙΚΟΝΔΕ ΘΑΤΕΡΟΝ ΣΥΝΚΡΙΝΟ ΜΕΝΟΝ ΑΙΡΕΤΟΝ ΕΣΤΙ. ΛΕΓΩ ΔΕ ΟΙΟΝ ΚΑΙ ΧΡΥΣΙΟΝ ΤΙΜΙΟΤΕΡΟΝ ΧΑΛΚΟΥ. ΚΑΙ ΤΗΛΙΚΟΝ ΔΕΤΟΥΧΡΥΣΟΥ. ΤΩΤΗΛΙΚΩ ΔΕ ΧΑΛΚΩ ΜΕΓΕΘΟΣ ΑΝΤΙΠΑΡΑ ΒΑΛΛΟΜΕΝΟΝ. ΠΛΕΟΝΔΟΞΕΙ. ΑΛΛΑ ΠΟΙΗΣΕΙ ΤΙΝΑ ΤΕΡΟΠΗΝ. ΚΑΙ ΤΟΠΛΗΘΟΣ. ΚΑΙ ΤΟ ΜΕΓΕΘΟΣ: ideſt nō ſiquid ſuo genere alio eſt nobilius: continuo quæuis quoque pars eius: partis cuiuſlibet alterius quo cum comparatur: collatione eligenda ſit potius. uerbi gratia hoc modo ut & nobilius ære aurum ſit. & auri pars quælibet portionis cuiuſlibet æris comparatione: ſit pluris: uerum non nihil diſcriminis: cum numerus: tum uero magnitudo efficiet. Phauorinus quoq; philoſophus huiuſcemodi indulgentiam gratiæ tempeſtiuius: laxato paulum p̄miſſoq; ſubtili iuſticiæ examine: his uerbis definiuit ΗΚΟΛΟΥΘΗΝΗ ΧΑΡΗ ΣΠΑΡΑ ΤΟ ΙΣ ΑΝΤΡΩΠΟΙΣ ΤΟΥΤΟΕΣΤΙΝ ΥΦΕΙΣΘΑΙ. ΚΡΙΒΕΙΑΣΕΝ ΔΕΟΝΤΙ. ideſt quæ gratia apud homines uocatur: hoc quidem eſt: iuris diligentioris loco & tempore imminutio. Poſt deinde idem Theophraſtus ad hanc ferme ſententiam diſſeruit. Has tamen inquit paruitates rerum: & magnitudines: atq; has omnis officiorum æſtimationes: alia nō nunq̄ momenta extrinſecus: atq; alia quaſi appendices perſonarum: & cauſarum: & temporum & circunſtantiæ ipſius neceſſitates: quas includere præcepta difficile eſt: moderantur: & regunt: & quaſi gubernant. & nunc ratas efficiunt: nunc irita. Hęc talia quę Theophraſtus ſatis caute & ſolicite: & religioſe cauſa diſcernendi magis diſputandiq; diligentia: q̄ cum decernendi ſententia fiduciaq; diſſeruit: quoniam profecto cauſa ſcientiæ: corporum uarietates: diſcertationumq;. & differentiarum ignorantes directū atq; perpetuum: diſtinctumq; in rebus ſingulis pręceptum: quod ego uos in prima tractatus iſtius parte deſiderare dixeram non capiunt. Eius autem Chilonis a quo diſputatiunculæ huius initium fecimus: quum alia quædam ſunt cognitu utilia: atq; prudentia: tum id maxime exploratæ utilitatis eſt: q; duas ferociſſimas affectiones amoris: atq; odii intra modum tantum coercuit. Hac inquit fini ames: tanq̄ forte fortuna oſurus: hac itidem tenus ōperis: tanq̄ fortaſſe poſt amaturus. Super hoc eodem Chilone Plutarchus philoſophus ī libro ΠΕΡΙΨΥΧΗΣ. ideſt de anima primo uerbis ita ſcripſit ΧΕΙΛΩΝ ΟΠΑΛΑΙΟΣ ΑΚΟΥΣΑΣ ΤΙΝΟΣ ΛΕΓΟΝΤΟΣ. ΜΗΛΕΝΑ ΕΧΕΙΝ ΕΧΤΡΟΝ. ΗΡΩΤΗΣΕΝΕΙ ΚΑΙ ΜΗΔΕΝΑ ΦΙΛΟΝΕΧΕΙ ΝΟΜΙΖΩΝ ΕΞΑΝΑΓΚΗΣ ΕΠΑΚΟΛΟΥΘΕΙΝ ΚΑΙ ΣΥΝΕΠΑΓΕΣΘΑΙ ΦΙΛΙΑΣ ΚΑΙ ΑΠΕΧΘΕΙΑΣ. ideſt Chilo ſenior. quum quempiam dicentem audiſſet: nullum ſe inimicum habere: an nullum ēt amicum haberet: interrogauit: amicitias inimicitiaſq; inuicem conſequi & adduci neceſſe eē arbitratus.

¶Quam tenuiter curioſeq; explorauerit Antonius Iulianus in oratione Marti. T.

uerbi

uerbi ab eo mutati argutiam.

Cap.iiii.

Ntonius Iulianus rhetor perq̄ fuit honesti: atq; amœni ingenii. Doctri-
a na quoq; ista utiliore ac delectabili: ueterumq; elegantiarum cura: & me-
moria multa fuit. Ad hæc scripta omnia antiquiora tā curiose spectabat:
aut uirtutes pensitabat: aut uitia rimabatur: ut iudicium factum esse ad amusim di
ceres. Is Iulianus super eo enthymemathe: quod est in oratiõe. M. Tulli. quam pro
Gn. Planco dixit: ita æstimauit. Sed uerba prius: de quibus iudicium ab eo factum
est: ipsa ponam. Quamq̄ dissimilis pecuniæ debitio & gratię. Nam qui pecuniam di
soluit: statim non habet: id quod reddidit. Qui autem debet: æs retinet alienũ. Gra-
tiam autem & qui refert habet: & qui habet: in eo ipso quod habet: refert. Neque ego
nunc Planco desinam debere: si hoc soluero. Nec minus ei redderem uoluntate ipsa:
si hoc molestiæ non accidisset. Crispum sane inquit agmen orationis: rotundumq;: ac
modulo ipso numerorum uenustum sed quod cum uenia legendum sit: uerbi paulũ
ideo immutati: ut sententiæ fides salua esset. Namq; debitio gratiæ & pecuniæ colla
ta: uerbum utrobiq; seruare posset. Ita enim recte opposita iter sese gratiæ: pecuniæq;
debitio uidebitur: si & pecunia quidem deberi dicatur: & gratia. Sed quid eueniat in
pecunia debita solutaue: quid contra in gratia debita redditaue debitiõis uerbo utrin
q; seruato differatur. Cicero autem inquit: quum gratiæ pecuniæq; debitionem dissi-
milem esse dixisset: eiusq; sententiæ rationem redderet: uerbum debet in pecunia po-
nit: in gratia habet subiicit: pro debet. Ita enim dicit. Gratiam autem & qui refert: ha
bet: & qui habet in eo ipso quod habet: refert. Sed id uerbum habet: cum proposita
comparatione non satis conuenit. Debitio enim gratiæ non habitio cum pecunia cõ-
fertur. Atq; ideo consequens quidem fuerat sic dicere: & qui debet in eo ipso quod de
bet refert: quod absurdum & nimis coactum foret: si nondum redditam gratiam:
eo ipso redditam diceret: quia debetur: immutauit ergo inquit & subdit uerbum ei
uerbo: quod omiserat: finitimum: ut uideatur & sensum debitionis collatæ non re-
liquisse: & concinnitatem sententiæ retinuisse. Ad hunc modum Iulianus enodabat:
diiudicabatq; ueterum scriptoꝝ sententias: quas apud eum adolescẽtes lectitabant.

¶Quod Demosthenes rhetor cultu corporis atq; uestitu probris obnoxio infamiq;
mundicia fuit: quodq; itẽ Hortensius orator ob eiusmodi mundicias: gestũq; in agẽ
do histrionicum Dionisiæ salitatriculæ cognomento compellatus est.

Cap.v.

Emosthenem tradunt: & uestitu cæteroq; cultu corporis nitido uenusto: Demo-
d nimisq; accurato fuisse. hinc etiam κομψη illa χλαινισ και μαλακοι χι- sthenis
τωνισ κοι ideſt elegans illa uestis: & molles tuniculæ ab æmulis aduersa cultus
riisq; probro datum. hic etiam turpibus: indigniſq; in eum uerbis non temperatum:
quum parum uir: ore quoq; polluto diceretur. Ad eundem modum Hortẽsius om Hortẽsi9
nibus ferme oratoribus ætatis suæ: nisi. M. Tullio clarior: qui multa cum mundicia
& circunspecte compositeq; indutus: & amictus esset: manusq; eius interagendum
forent argutæ admodum & gestuosæ: maledictis compellationibusq; probrosis ia-
ctatus est. multaq; in eum quasi in histrionem: in ipsis causis atq; iudiciis dicta sunt.
Sed cum. L. Torquatus sub agresti homo ingenio: & infestiuo: grauius acerbiusque
apud consilium iudicum: quum de causa Syllæ quæreretur: non iam histrionẽ eum
esse diceret: sed gesticulariam Dionysiamq; eum notissimæ saltatriculæ nomine ap-
pellaret. Tum uoce molli: atq; demissa Hortensius: Dionysia inquit: Dionysia ma-

lo equidem esse: q̄ quod tu Torquate. ἀπονοσον ἀγροικίαν. ἀπροσιτον: ideſt inelegans agreſtis aditu difficilis.

¶ Verba ex oratione Metelli Numidici: quam dixit ad populum in cenſura. quum eum ad uxores ducendas adhortaretur: eaq; oratio quam ob cauſam reprehenſa: & quo contra modo defenſa ſit. Cap. vi.

Metellus de uxore ducenda

VItis & eruditis uiris audiẽtibus legebatur oratio Metelli Numidici grauis ac diſerti uiri: quam in cenſura dixit ad populum: de ducendis uxoribus: quum eum ad matrimonia capeſcenda hortaretur: in ea oratione ita ſcriptũ fuit. Si ſine uxore poſſemus quirites eſſe: omnes ea moleſtia careremus. Sed quoniam ita natura tradit: ut nec cum illis ſatis cõmode: nec ſine illis ullo modo uiui poſſit: ſaluti perpetuæ potius q̄ breui uoluptati conſulendum. Videbatur quibuſdam Metellum cenſorem cui conſilium eſſet: ad uxores ducendas populum hortari non oportuiſſe: nec de moleſtia incõmodiſq; perpetuis rei uxoriæ cõfiteri: neq; adhortari magis: q̄ diſſuadere abſterrereq;. Sed contra: illud potius orationem debuiſſe ſummi dicebant: ut & nullas plerunq; eſſe in matrimoniis moleſtias aſſeueraret: & ſique tamen accidere nonnunq̄ uiderentur paruas & leues facileſq; eẽ toleratu diceret. maioribuſq; eas emolumẽtis & uoluptatibus oblitterari: eaſdemq; ipſas neq; omnibus: neq; naturæ uitio: ſed quorundam maritorum culpa & iuſticia euenire. T. autem Catritius recte atq; condigne Metellum eſſe locutum exiſtimabat. Aliter inquit cenſor loqui debet: aliter rhetor. Rhetori conceſſum eſt ſententiis uti falſis: audacibus: ſubdolis: captioſis: ſi modo ueriſimiles ſint: & poſſint ad mouendos hominum animos qualicumq; aſtu irripere. Propterea turpe eſſe ait rhetori: ſiquid in mala cauſa deſtitutum: atq; impugnatum relinquat. Sed enim Metellum inquit ſanctum uirum illa grauitate & fide præditum: cum tanto honore: atq; dignitate uitæ apud populũ Romanum loquentem nihil decuit aliud dicere: q̄ quod uerum ſibi eſſe: atq; omnibus uidebatur: præſertim quum ſuper ea re diceret quæ quotidiana intelligentia & communi peruulgatoq; uitæ uſu comprehenderetur. De moleſtia igitur cunctis hominibus notiſſima confeſſus: eaq; cõfeſſione fidem ſedulitatis: ueritatiſq; cõmeritus: tum deniq; facile & procliuiter: quod fuit omnium rerum ualidiſſimum atq; ueriſſimum perſuaſit: ciuitatem ſaluam eſſe ſine matrimonio & frequentia non poſſe. Hoc quoq; aliud: ex eadem oratione Metelli dignum eſſe exiſtimauimus aſſidua lectione: non: hercle minus: q̄ quæ a grauiſſimis philoſophis ſcripta ſunt. Verba Metelli hæc ſunt. Dii immortales plurimum poſſunt ſed non plus uelle debent nobis: q̄ parentes. At parentes: ſi pergunt liberi errare: bonis exhæredant. Quid ergo nos a dis immortalibus diutius expectemus: niſi malis ratiõibus finem facimus: iiſdem deos propitios eſſe æquum eſt: qui ſibi aduerſarii non ſunt. Dii immortales uirtutem approbare: non adhibere debent.

¶ In hiſce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem: hanc ſibi rem ſperant præſidio futurum: neq; mendam eſſe: nec uitium. Errareq; iſtos: qui bonos uiolãt libros & futuram ſcribunt. Atq; ibi de quodam alio Ciceronis uerbo dictum: quod probe ſcriptum perperam mutatur. Et aſperſa pauca de modulis: numeriſq; oratiõis: quos Cicero auide ſectatus eſt. Cap. vii.

IN oratione Ciceronis quinta in Verrem libro ſpectate fidei: tyroniana cura: atq; diſciplina facto: ita ſcriptum eſt. Homines tenues obſcuro loco na

ti:nauigant adeuntq; ad ea loca:quæ nunq̃ antea didicerant:neq; noti essent quo uenerunt:neq; semper cum cognitoribus esse possunt. Hac una tantum fiducia ciuitatis:non modo apud nostros magistratus:qui & legum:& æstimationis periculo cõtinentur:neque apud ciues solum romanos:qui & sermonis:& iuris:& multarum rerum societate iuncti sunt:fore se tutos arbitrantur : sed quocunq; uenerint: hanc sibi rem præsidio sperant futurum. Videbatur q̃ pluribus in extremo uerbo menda esse. debuisse enim scribi putabant:non futurum:sed futuram:neq; dubitabãt: quin liber emendatus esset:ne ut in Plauti comœdia mœchus:sic enim mendæ suæ illudebant: ita in Ciceronis oratione solœcismus esset manifestarius. Aderat ibi forte amicus noster homo lectione multa exercitus:cui plæraq; omnia ueterum litterarum quæsita: meditata:euigilataq; erant. Is libro inspecto ait:nullum esse in eo uerbo: neque mendam:neq; uitium. Ciceronem probe ac uenuste locutum. Nam futurum inquit non refertur ad rem:sicut legentibus temere & incurioſe uidetur: neq; pro participio positum est. sed uerbum est indefinitum:quod græci appellant ἀπαρέμφατον: neque numeris:neq; generibus præseruiens sed liberum undiq; & impromiscuum est. Qua li. C. Gracchus uerbo usus est in oratione:cuius titulus est de. Q. Pompilio circum conciliabula:in qua ita scriptum est. Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Inimicos inquit dicturum : & non dicturos. Videtur ne ea ratione positum apud Gracchum dicturum qua est apud Ciceronem futurum? sicut in græca oratione sine ulla uitii suspitione omnibus numeris:generibusq; sine discrimine attribuuntur huiuscemodi uerba ποιήσειν ἐσεσθαι:idest futurum:λέξειν ἐσεσθαι dicturum & similia. In. Q. quoq; quadrigarii tertio annali libro uerba hæc esse dixit. Dum hi concidererentur hostium copias ibi occupatas futurum. In. xii. ãnali eiusdem quadrigarii principium libri sic scriptum. Si pro tua bonitate & nostra uoluntate tibi ualitudo suppetit: est quod speremus:deos bonis benefacturum. Item in Valerii Antiatis libro. iiii. & xx. simili modo scriptum esse. Si hæ res diuinæ factæ:rectecq; perlitatæ essent aruspices dixerunt oĩa ex sententia processurum. Plautus etiam in casina quũ de puella loq̃retur:occisurum dixit. non occisuram his uerbis. Etiam ne habet Casina gladium? Sta habet. Sed duos. quibus altero te occisurum ait. altero uillicum . Item Liberius in Gemellis. Non putaui inquit hoc eam facturum. Nõ ergo isti omnes solœcismus quid esset:ignorauerunt. Sed & Gracchus dicturum : & quadrigarius : futurum & benefacturum & Plautus occisurum:& Antias processurum:& Laberius factorum indefinito modo dixerunt. qui modus neq; in numeros:neq; in personas:neq; in genera distribuitur. Sed omnia istæc una eademq; declinatione complectitur. Sicuti. M. Cicero dixit futurum:non uirili genere:neq; neutro. solœcism9 enim foret plane. sed uerbo usus est ab omni necessitate generum absoluto . Idem autem ille amicus noster in eiusdem. M. T. Ciceronis oratione:quæ est de imperio Gn. Pompeii : ita scriptum esse a Cicerone dicebat atque ipse ita lectitabat. Quum nostros portus. atque eos portus:quibus uitam ac spiritum ducitis:in prædonum fuisse potestatẽ sciatis. Neque solœcismum esse aiebat:in potestatem fuisse. ut uulgus semidoctum putat: sed ratione dictum certa & proba: contendebat qua & græci ita uterentur & Plautus uerborum latinorum elegantissimus in Amphitrione dixit. Nunc uero mihi in mentem fuit: non ut dici solitum est, in mente. Sed enĩ præter. Plautum cuius ille in præ

senti exemplo usus est: multam nos quoque apud ueteres scriptores locutionum talium copiam offendimus. atque his uulgo annotamentis inspeximus. Vt rationem istam missam facias & auctoritates: sonus qui εὐφωνία ideſt uoculatio tantum: & positura ipsa uerborum satis declarant: id potius ἐπιμελείᾳ τῶν λέξεων: ideſt uocabulorum delectui diligenti: modulamentisque orationis. M. Tulii conuenisse: ut quoniam utrum uis dici latinæ posset: potestatem dicere mallet: non potestate. Illud enim sic compositum iocundius ad aurem. comspectiusque insuauius hoc imperfectiusque est: si modo ita explorata aure homo sit: non surda: nec iacenti. sicuti est hercle quod explicauit dicere maluit: q̃ explicuit: quod esse iam usitatius cœperat. Verba sunt hæc ipsius in exhoratione quam de imperio Cn. pompeii habuit. Testis est sicilia: quam multis undique cinctam periculis non terrore belli: sed consilii celeritate explicauit. At si explicuit diceret imperfecto & debili numero uerborum sonus clauderetur.

¶Historia in libris Phocionis philosophi reperta super Laide meretrice: & Demosthene rhetore. Cap. viii.

Demosthenes Lais meretrix

Phocion ex pipatetica disciplina: haud sane ignobilis uir fuit. Is librũ multæ uariæque historiæ refertum composuit: eumq; inscripsit: κέρος ἄλλο ἰᾶς ea uox hoc ferme ualet: tanq̃ si dicas cornu copiæ in eo libro super Demosthene rhetore: & laide meretrice historia hæc scripta est. Laias inquit corinthia ob elegantiam: uenustatemq; formæ grandem pecuniam demerebat. Conuentusq; ad eam ditiorum hominum ex omni græcia celebres erant. neque admittebatur: nisi q̃ dabat: quod popposcerat. Poscebat autem illa nimiam quantitatem: Hinc ait natum esse illud frequens apud græcos adagiũ οὐ παντὸς ἀνδρὸς κορίνθον ἐσθλοῦ: ideſt. Non uiri cuiusque est corinthum petere: q̃ frustra iter corinthum ad Laidam qui non quiret dare: quod poscceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculũ adit: & ut sui copiam faceret petit. At Laïs μυρίας δραχμάς: ideſt decem drachmarum milia popposcit. hoc facit nummi nostratis denarium decem milia: tali petulantia mulieris atq; pecuniæ magnitudine ictus: expauiduſque Demosthenes auertitur. & discedens: Ego inquit pœnitere tanti non emo. Sed græca ipsa: quæ fertur dixisse lepidiora sunt: οὐκ ὠνοῦμαι inquit μυρίων δραχμῶν μετὰ μετανοίας. ideſt nõ emo centum sestertiis pœnitere.

¶Qui modus fuerit: quis ordo disciplinæ pythagoricę quãtumq; temporis imperatum obseruatumq; sit: dicendi simul ac tacendi. Cap. ix.

Pythagorica disciplina

Rdo ac ratio Pythagoræ. ac deinceps familiæ successionis eius recipiendi instituendiq; discipulos: huiuscemodi fuisse traditur. Iam a principio adolescentes: q sese ad discẽdum obtulerant: ἐφυσιογνώμονει. i. per naturæ indicia pensiculabat. id uerbum significat. mores naturasq; horum coniectatiõe quadã: de otis & uultus ingenio: deq; totius corporis filo: atq; habitu scisciari. Tũ q exploratus ab eo: idoneusq; fuerat: recipi in disciplinam statim iubebat. & tẽpus certũ tacere: non oẽs idẽ: sed aliud alius tẽpus: pro æstimato captu solertiæ. Is autem q tacebat quæ dicebant ab aliis: audiebat. Neq; pcontari. si parũ itellexerat. neq; cõmentari. quæ audierat: fas erat. Sed nõ minus quisq̃ tacuit. q̃ bienniũ. Hi prorsus appellabant intra tẽpus tacendi audiendiq; ἀκούσικοι. i. auditores. Ast ubi didicerant rerũ omniũ

omnium difficillimas tacere: audireq; atq; esse iam cœperant silentio eruditi: cui erat nomen. ἐχεμυθία: ideſt taciturnitas tum uerba facere & quærere: quæque audissent: scribere: & quæ ipsi opinarentur expromere potestas erat. hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοί: ideſt disciplinis uacantes: scilicet ab iis artibus: quas iam discere atque meditari incœptauerant: quoniam geometriam: gnomonicam: musicam: cæteraſque item disciplinas altiores μαθήματα: ideſt disciplinas: ueteres græci appellabant. Vulgus autem: quos gentilico uocabulo chaldæos dicere oportet: mathematicos dicit. Exinde his scientiæ studiis ornati: ad perdiscenda mundi opera: & principia naturæ procedebant. At tunc denique nominabantur φυσικο: ideſt naturales. Hæc eadem super Pythagora noster Taurus quum dixisset: nunc autem inquit isti qui repente pedibus illotis ad philosophos diuertunt: non est hoc satis quod sunt omnino ἀθεώρητοι ἄμουσοι ἀγεωμέτρητοι: ideſt a contemplatione musica: geometria: penitus alieni: sed legem etiam dant: qua philosophari discant. Alius ait: hoc me primum doce. Item alius: hoc uolo inquit discere. istud nollo. Hic a Sympoſio Platonis incipere gestit: propter Alcibiadæ comessationem. Ille a Phædro propter Lysiæ orationem. Est etiam inquit proch. Iuppiter qui Platonem legere postulet: nō uitæ ornandæ: sed linguæ orationisq; cōmendæ gratia: nec ut modestior fiat: sed lepidior. Hæc Taurus dicere solitus nouicios philosophorum sectatores: cum ueteribus Pythagoricis pēsitans. Sed id quoq; non prætereūdum est: quod omnes simul: qui a Pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant: quod quisque familiæ pecuniæque habeant: in medium dabant. Et cohibebatur societas inseparabilis: tanq̄ illud fuerit antiquum consortium: quod re atq; uerbo romano appellatur: κοινοβιον: ideſt contubernium.

¶ Quibus uerbis compellauerit Phauorinus philosophus adolescentem: uetuste nimis & prisce loquentem. Cap. x.

Hauorinus philosophus adolescēti uetere uerborum cupidissimo: & plerasq; uoces nimis priscas: & ignotissimas in quottidianis cōmunibusq; sermonibus expromenti: Curius inquit & Fabritius & Corūcanius antiquissimi nostri: & his antiquiores Horatii illi trigemini plane & dilucide cum suis fabulati sunt. Neq; aurumcorum: aut sicanorum: aut pelasgorum: qui primi coluisse Italiam dicuntur: sed ætatis suæ uerbis locuti sunt. Tu autem perinde quasi cum matre Euandri nunc loquare sermone multis annis iam desito uteris. q; scire atque intellige re neminem uis: quæ dicas. Nonne homo inepte: ut quod uis abunde consequaris: taceres? sed antiquitatem tibi placere ais: q; honesta: & bona: & sobria: & modesta sit. uiue ergo moribus præteritis: loquere uerbis præsentibus. Atque id quod a. C. Cæsare excellentis ingenii ac prudentiæ uiro. In primo de analogia libro scriptum ē: habe semper in memoria: atque in pectore: ut tanq̄ scopulum: sic fugias inauditum: atque insolens uerbum. C. Cæsar

¶ Quod Tucydides historiæ scriptor inclytus: lacedæmonios in acie non tuba: sed tibiis esse usos dicit. Verbaq; eius super ea re posita. Quodq; Herodotus Halyaten regem fidicinas in procinctu habuisse tradit. atq; inibi quædam notata de Gracchi fistula concionaria. Cap. xi.

Victor historiæ græce grauissimus Thucydides lacedæmōios sūmos bellatores: nō cornuū tubarumue signis: sed tibiarū modulis in prœlijs usos

esse refert. Non prorsus ex aliquo ritu religionum: neq; rei diuinæ gratia: neq; autem ut excitarentur: atq; euibrarentur animi: quod cornua & litui moliuntur: sed contra ut moderatiores: modulatioresq; fierent: quod tibicinis numeris temperatur. Nihil adeo in congrediendis hostibus: atq; in principiis prœliorum ad salutem uirtutemq; aptius rati: q̃ si permulcti sonis mitioribus non immodice ferocitent. Quum procinctæ igitur classes erant: & instructa acies: cœptumq; in hostem progredi: tibicines inter exercitum positi: canere incœptabant. Ea ibi præcentione tranquilla & uenerabili quadam. quasi militaris musicæ disciplina: uis & impetus militum: ne sparsi: dispalatiq; prorueren: cohibebatur. Sed ipsius illius egregii scriptoris uti uerbis libet: quæ & dignitate: & fide grauiora sunt. καὶ μετα ταυτα ἡξυνοδοσην: αρυειοι μεν: καὶ οι ξυμμαχοι εν τοπω σ. καὶ ορμη: χωρουντεσ: λακεδαιμονιοι δεβραδεωσ καὶ υ πο αυλοισ. πολλων ομου ευκαθεστωτων. ουτουη λεωσ χαριν αλλινα ομαλωσ μεταρυθμου βαινοντεσ προσελθοιεν. κει μηδιασπασθει η αυτων η ταξισ οπρε πει αει μεγαλα σρατοπεδα εντοισ προσ οδοισ ωοιειν. i. Post hæc congrediebantur argiui quidem sociiq; acriter & impetu adorientes. Lacedæmonii contra sub tibiarum præcentione: stipato agmine maturantes non adeo uoluptatis causa: uerum ut æquabili modulatoq; sensim ingressu conuenientes pugnam capescerent: nec suos ordines distrahi sinerent: quod semper amplissimas copias agere: ubi congrediendum est: nimirum decet. Cretenses quoq; prœlia ingredi solitos memoriæ datum est. præcinente ac præmoderante cithara gressus. Halyates autem rex terræ Lydiæ: more atque usu barbarico præditus quum bellum milesiis faceret: ut Herodotus in historiis tradit: concinentes habuit fistulatores & fidicines: atque fœminas etiam tibicinas in exercitu: atq; procinctu habuit: lasciuientium delicias conuiuiorum. Sed enim achæos Homerus pugnam indipisci ait: non fiducularum tibiarumq; concentu: uerũ conspiratu tacito nitibundos οι δ' αρα σιγη μενεον πνειοντεσ αχαιοι ενθυμω μεμαωτεσ αλεξεμεν αλληλοισιν: idest. Ast ibant taciti spirantes robur achiui. Inque uicem auxilium cupida sibi mente ferebant. Quid ille uult ardentissimus clamor militum romanorum: quem in congressibus prœliorum fieri solitum scriptores annalium memorauere? Contra ne institutum fiebat antiquæ disciplinæ tam probabile? An tum etiam gradu clæmenti: & silentio est opus: quum ad hostem itur in conspectu longinquo procul distantem? Quum uero prope ad manus uentum est: tũ iam e propinquo hostis & impetu propulsandus: & clamore terrendus est. Ecce autem pro tibicina laconica tibiæ quoq; illius concionatoriæ in mentẽ uenit: quam. C. Gracchi cum populo agente præisse: ac præmonstrasse modulos ferunt. Sed nequaq̃ sic est. ut a uulgo dicitur canere tibia solitum qui pene eum loquentem staret. uariisque modis tum demulcere animum: actionemq; eius. tum intendere. Quid enim foret ea re ineptius? si ut planipedi saltanti. ita Graccho concionanti numeros & modos: & frequentamenta quædam uaria. tibicen incineret. Sed qui hoc compertius memoriæ tradiderunt. stetisse in circunstantibus dicunt occultius: qui fistula breui: sensim grauiusculum sonum inspiraret. ad deprimendum sedandumq; impetus uocis eius. Referuescente namq; impulsu. & instinctu extraneo naturalis illa Gracchi uehementia indiguisse non (opinor) existimanda est. M. tamen Cicero fistulatorẽ istum utrique rei adhibitum esse a Graccho putat: ut sonis tum placidis: tũ citatis: aut demissam iacentemque orationem eius erigeret: aut ferocientem sæuientemque cohiberet.

C. Gracchi fistula

Verba ipſius Ciceronis appoſui. Itaq; idem Gracchus: quod potes audire Catule ex Licinio cliente tuo litterato homine. quem ſeruum ibi habuit, ille ad manum cū ebur nea ſolitus eſt habere fiſtula: qui ſtaret poſt ipſum occul.e: quum concionaretur: peritum hominem qui inflaret celeriter eum ſonum: qui illum aut remiſſum excitaret: aut a contentione reuocaret. Morem autem illum ingrediendi ad tibicinum modulos prœlii inſtitutum eſſe a Lacedæmoniis Ariſtotelis in libris problematum ſcripſit quo manifeſtior fieret: exploratiorq; militum ſecuritas: & alacritas. Nam diffidentiæ inquit & timori: cum ingreſſione huiuſcemodi minime conuenit: & mœſti ac formidantes ab hac tā intrepida: & tam decora incedendi modulatione alieni ſunt. Verba pau a Ariſtotelis ſuper ea re appoſui. Διατι εωι δαν πολεμειν μελλωσι. προσαυλουι εμβαινωσιν. ινα τους δειλους ασχημονουτας γινωσκωσιν. ideſt quā obrem ubi cōmiſſuri prœlium ſint: ad tibiæ modulos congrediātur: ut timidos minus honeſte agentes iudicent.

¶ Virgo ueſte quid ætatis: & ex quali familia: & quo ritu: quibuſq; cerimoniis: ac religionibus: ac cognomine a pontifice maximo capiatur. Et quo ſtatim iure eſſe incipiat: ſimulatq; capta eſt. Quodq; ut Labeo dicit: nec inteſtato cuiq; nec eius inteſtatæ quiſq; iure hæres eſt. Cap. xii.

Q Vide uirgine capienda ſcripſerūt: quoꝝ diligentiſſime ſcripſit Labeo Antiſtius minorē q̄ annos. vi. maiorē q̄ annos. x. natam negauerunt capi fas eē. Itē quæ non ſit patrima: & matrima: Itē quæ lingua debili: ſenſuue aliū diminuta aliaue qua corporis labe inſignita ſit. Itē quæ ipſa. aut cuius pater emancipatus ſit: etiā ſi uiuo patre i aui poteſtate ſit. Item cuius parentes alter amboue ſeruitutē ſeruierunt: aut in negotiis ſordidis diuerſant. Sed eam cuius ſoror ad id ſacerdotium lecta ſit excuſationē mereri aiunt. Itē cuius pater flamē: aut augur: aut quindecimuir ſacris faciūdis: aut qui ſeptemuir epulonū: aut ſalius eſt. Sponſæ quoq; pōtificis: aut tibicinis ſacrorū filiæ uocatio a ſacerdotio iſto tribui ſolet. Præterea Capito Atteius ſcriptū reliquit neq; eius legendā filiā: q domicilium i Italia non haberet: & excuſandam eius: qui liberos tris non haberet. Virgo autem ueſtalis ſimul eſt capta & i atrium ueſtæ deducta & pōtificibus tradita eſt: eo ſtatim tempore ſine emancipatione: ac ſine capitis minutione. e patris poteſtate exit. & ius teſtamenti faciūdi adipiſcitur. De more autē: rituq; capiundæ uirginis litteræ qdem antiquiores non extant: niſi quæ capta prima eſt: a Numa rege eſſe captā. Sed papiam legem iuenimus: qua cauetur: ut pontificis maximi arbitratu uirgines e populo uiginti legantur. Sortitioque i contione ex eo numero fiat: ſed ea ſortitio ex lege papia non neceſſaria nunc uideri ſolet. Nam ſi quis honeſto loco natus adeat ponti. maxi. atque offerat ad ſacerdotium filiā ſuam: cuius dūtaxat ſaluis religionum obſeruatiōibus: ratio haberi poſſit gratia popiliæ legis per ſe ratū ſit. Capi autē uirgo propterea dici uideť: quia pōtificis maxi. manu prǽhenſa: ab eo parēte: i cuius poteſtate eſt: ueluti libello capta abducitur. In libro primo fabii pictoris: quæ uerba ponti. maxi. dicere oporteat: quum uirginem capit: ſcriptum ē. Ea uerba hæc ſunt. Sacerdotem ueſtalem: quæ ſacra faciat: quæ iuſſi: & ſacerdotem ueſtalem facere pro populo quiritibus uti: quod optima lege fiat: ita te amata capio. Plerique autē capi uirginem ſolam debere putant. Sed flāmines quoq; diales: itē pōtifices & augures capi dicebant. L. Sylla rerum geſtarum lib. ii. ita ſcripſit. P. cornelius: cui primum cognomen ſyllę ipoſitum eſt; flamē dialis

captus. M. Cato de lusitanis: quum Ser. Galbam accusauit eum dicit ius pōtificum dicere noluisse. Ego me nunc uolo ius pontificum optime scire. Iam ne ea causa pontifex capiat? Si uolo augurium optime tenere: ecquis ob eam rem augurem capiat? Præterea etiam in cōmentariis Labeonis: quę ad. xii. tabulas composuit: ita scriptum est. Virgo Vestalis neq; hæres est cuiq̄ intestato: neq; intestatæ quisq̄: sed bona ei⁹ in publicum redigi aiunt. Id quo iure fiat quæritur. Amata intercapiēdum a ponti. maxi. appellatur: quoniam quæ prima capta est. hoc fuisse nomine tradita est.

¶ Quæsitum in philosophia est: quidnam foret in recepto mādato rectius id ne omnino facere: quod mandatum est: an nonnunq̄ ēt contra si id speres ei: qui mandauit utilius fore? Superq; ea quæstione expositæ diuersæ sententiæ. Cap. xiii.

N officiis capiendis: censendis: iudicādisq;: quæ καθηκόντα: idest expediē
i tia & conuenientia philosophi appellant: quæri solet: an negocio tibi dato & quicquid omnino faceres: definito: cōtra quid facere debeas: si eo facto uideri possit res euentura prosperius: exq; utilitate eius: qui id tibi negocium mandauit. Anceps quæstio: & in utranq; partem a prudentibus uiris arbitrata est. Sūt enim non pauci qui sententiam suam una in parte defixerunt: & re semel statuta: deliberataq; ab eo: cuius negocium id pontificūq; esset: nequaq̄ putauerūt contra dictū eius faciendum: etiam si repentinus aliquis casus rem cōmodius agi posse polliceret. Ne si spes fefellisset culpa impacientiæ: & pœna indeprecabilis subeunda esset. Si res forte melius uertisset: diis quidem gratiam habendam: Sed exemplum tñ intromissum uideretur: quo bene consulta consilia religione mandati soluta corrumperentur. Alii existimauerunt incōmoda prius: quæ metuendæ essent: si res gesta aliter foret: q̄ imperatum est: cum emolumento spei pensitanda esse. Et si ea leuiora minoraq;: at utilitas contra grauior & amplior: spe quantū potest firma ostenderetur: tum posse aduersum mandata fieri censuerunt: ne oblata diuinitus rei bene gerendæ occasio amitteretur. Neq; timendum exemplum non parendi crediderunt: si rationes huiuscemodi dūtaxat non adessent. Cum primis aūt respiciendum putauerūt ingeniū naturāq; illius cui ea res præceptūq; esset: ne ferox: durus: indomitus inexorabilisq; sic: qualia fuerint posthumana imperia: & manliana. Nam si tali præceptori ratio reddēda sit: nihil faciendum esse monuerūt aliter: q̄ præceptum est. Instructius deliberatiusq; fore arbitramur theorematiū hoc de mandatis huiuscemodi assequendis: si exemplum

posthumana & Manliana Imperia Dura

P. Crassus quoq;. P. Crassi Mutiani clari: ac inclyti uiri apposuerim⁹. Is Crassus a Sempronio Asellione & plerisq; aliis historiæ romanæ scriptoribus traditur quinq; habuisse rerū bonaꝝ maxima & præcipua: q; esset ditissimus: q; nobilissimus: q; eloquentissimus: q; iurisconsultissimus: q; ponti. maxi. Is quum in consulatu obtineret asiam prouinciam: & circumsedere oppugnareque leucas oppidum pararet: opusq; esset firma ac procera trabe: quæ arietem faceret: quo muros eius oppidi quateret: scripsit ad magistrum ἀρχιτεκτωνα molis athenienſium: sociorum amicorumque popu. roma. ut ex malis duobus: quos apud eos uidisset: uter maior esset: eum mittendum curaret. Tum magister ἀρχιτεκτων comperto: quamobrem malum desideraret: non uti iussus erant: maiorem: sed quem esse magis idoneum: aptioremque faciendo arieti: facilioremque portatu existimabat: minorem misit. Crassus eum uocari iussit: & quum interrogasset: cur non quem iusserat misisset causis rationibus quas dictitabat spretis uectimenta detrahi imperauit: uirgisque multis cecidit. Corrumpi

—umq; ꝛcū bonaꝝ ma ximā habuit

atq; dissoluī officium omne imperantis ratus: siquis ad id quod facere iussus est: nō obsequio debito: sed consilio non desiderato respondeat.

¶Quid dixerit feceritq;.C.Fabricius magna uir gloria: magnisq; rebus gestis: sed familiæ pecuniæq; inops: quum ei samnites tanq̄ indigenti graue aurum donarent: plenumq; odii. Cap.xiiii.

.C.Fabricius

i Vlius Iginus in libro de uita: rebusq; illustrium uiroꝝ sexto. legatos dicit a samnitibus ad.C.Fabricium imperatorem po.ro. uenisse: & memoratis multis: magnisq; rebus: quæ bene & beniuole post redditam pacem samnitibus fecisset: obtulisse dono grandē pecuniā: orasseq; uti acciperet: utereturq;. Atq; id facere samnites dixisse: q; uiderent multa ad splendorē domus atq; uictus defieri: neq; pro magnitudine dignitateq; lautum paratūq; esse. Tū fabricium planas manus ab auribus ad oculos: & infra deinceps ad nares: & ad os: & ad gulā: atq; ide porro ad uētrem imum deduxisse: & legatis ita respōdisse: dum illi omnibus membris: quæ attigisset: obsistere: atq; imperare posset: nunq̄ quicq̄ defutuꝝ. Propterea pecuniam: qua sibi nihil esset usus: ab iis quibus eam sciret usui esse: non accipere.

¶Quod importunum uitium sit futilis: inanisq; loquacitas: & q̄ multis in locis a principibus utriusq; linguæ uiris detestatione iusta culpata sit. Cap.xv.

q Vi sunt leues: & futiles: & importuni locutores: quiq; nullo rerum pondere innixi uerbis humidis: & lapsantibus defluunt. eoꝝ oratione bene existimatum est in ore nasci: non in pectore. Linguā aūt debere aiūt non esse liberam: nec uagam: sed uinclis de pectore imo ac de corde apertis moueri: & quasi gubernari. Sic enim uideas quosdam scatere uerbis: sine ullo iudicii negocio cum securitate multa & profunda: ut loquentes plerunq; uideantur: loqui sese nescire Vlyxem contra Homerus uirum sapienti facundia præditum: uocem mittere ait non ex ore: sed ex pectore. Quo scilicet non ad sonum magis habitumq; uocis. q̄ ex sententiaꝝ penitus conceptarum altitudine pertineret. Petulantiæq; uerborum coercendæ uallum esse oppositum dentium: luculente dixit: ut loquēdi temeritas. nō cordis tā tum custodia: atque uigilia cohibeatur: sed ex quibusdam quasi excubiis in ore positis sepiatur. Homerica de quibus supra dixi: hæc sunt.

αλλοτε δ' ηοωα τε μεγαλην εκ στηθεος ιεις:

τεκνον εμον ωοιον σε εως φυγεν ερκος οδοντων. ideſt

Aſt ubi iam magnam fundebat pectore uocem.

Dentis clauſtra tui uox qualis nata reliquit?

M. tullii quoq; uerba posui: qbus stultam & inanem dicendi copiam grauiter & uere detestatus est. Dūmodo inquit hoc constet: neq; infantiam eius: qui rem norit: sed eam explicare dicendo nō queat: neq; insciti am illius: cui res non suppetat: uerba nō desint: esse laudandam. Quorum si alterum sit optandum: malim equidem indisertam prudētiā: q̄ stultam loquacitatē. Item i lib. de oratore primo uerba hæc posuit. Quid. n. est tam furiosum: q̄ uerborum uel optimorum: atq; ornatissimorum sonitus inanis: nulla subiecta sniа: nec scia? Cum primus autem. M. Cato atrocissimus huiusce modi uitii insectator est. namq; in oratione quæ inscripta est. Si Celius tri. ple. appellasset. Nunq̄ inqt taceat: quem morbus tenet loquendi:: tanq̄ uetern osū uiuendi: atq; dormiēdi. Quod si nō cōueniant: tñ conuocari iubet. Ita est cupidus oronis ut cōducat: qui auscultet. Itaq; auditis nō auscultatis tanq̄ pharmacopolam. Nam

eius uerba audiuntur: uerū ei se nemo cōmittat: si æger est. Idem Cato in eadē oratione eidē. M. Celio uilitatē obbrobrans: non loquendi tantū: uerū etiā tacendi. Frusto inquit panis conduci potest: uel uti taceat: uel uti loquatur. Neq; non merito Homerus unum ex omnibus Tersitā ἀμετροεπῆ καὶ ἀκριτόμυθον: idest loquentem sine iudicio & modo appellabat: uerba illius multa & ἀκοσμα: idest incompta. strepentium sine modo graculoꝝ similia esse dicit. Quid enī est aliud ἀμετροεπῆ ἐκόλωσε: idest supra modū loquitās cōturbabat. Eupolidis quoq; uersus de id genus hominibus consignatissime factus est. λάλειν ἄριστος: ἀδύνατώτατος λέγειν: idest blatterare optimus dicere ineptissimus. Quod Salustius noster imitari uolens loquax inquit magis: q̄ facundus. Quapropter Hesiodus poetarum prudētissimus linguam non uulgandam sed recondendam esse dicit: perinde ut thesaurū. Eiusque esse in promendo gratiam plurimam: si modesta: & parca: & modulata sit.

γλῶσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
φείδολης πλείστη δὲ χάρις. κατὰ μέτρον ἰούσης

Optimus est homini linguæ thesaurus & ingens
Gratia: quæ parcis mensurat singula uerbis.

Epicarmiū quoq; illud non insicite se habet. οὐ λέγειν δεινός. ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος: idest non idoneus ad dicendum: sed ad tacendum impos. Ex quo ꝓfecto sumptum est qui quum loqui non posset: tacere non poterat. Phauorinum ego audio dicere uersus istos Euripidis: ἀχαλίνου στόματος. ἀνομοῦτε ἀφροσύνας τὸ τέλος δυσχία idest effrenioris: & ex legis dementiæ extremum infœlicitas occupat. Non de iis tm̄ factos accipi debere: qui impia: aut illicita dicerēt: sed uel maxime de hominibus quoq; posse dici stulta & imodica blatterantibus. quorum lingua tam prodiga: infrenisq; sit: ut fluat semper & estuet colluuione uerborum teterrima. Quod genus homines a grēcis significatissimo uocabulo λάλους: idest līguaces appellatos.

Satis loquētiæ: sapientię parum

Valerium Probum grāmaticum illustrem: ex familiari eius docto uiro comperi Salustianum illud: Satis loquentiæ: sapientiæ parum: breui anteq̄ uita decederet: sic legere cœpisse: & sic a Salustio relictum affirmasse. Satis loquentiæ: sapientiæ parū. Quod loquentia nouatori uerborum Salustio maxime congrueret. Eloquentia cū insipientia minime conueniret Huiuscemodi autem loquacitatem: uerborumq; turbam magnitudine inani uastam facetissimus poeta Aristophanes insignibus uocabulis denotauit in his uersibus. ἄνθρωπον ἀγρίωπον αὐτάδολον μὲν ἐκόντα ἀχάλινον. ἀκρατές. ἀπύλωτον σῶμα περὶ λαλητόν. κωμῳδοκελορήμονα. i. hominem agresti ferocia: ore temerario: effrenato: prodigo: petulante loquacem: futilem: & fusum per uerborum congeriem: ac fastum. Neque minus insigniter ueteres quoq; nostri: hoc genus homines in uerba proiectos loquuleios: & blatterones: & linguaces dixerunt.

¶ Quod uerba istæc quadrigarii: ex annali tertio ibi: Mille hominum occiditur: nō licentia neque de poetarum figura: sed ratione certa: & proba grammaticæ disciplinæ dicta sunt. Cap. xvi.

Mille hominū occiditur

Quadrigarius in. iii. annaliū ita scripsit. Ibi occidit mille hoium: occidit inquit non occidunt. Item Lucilius in. iii. satyrarum. Ad portum mille a porta est: exinde solernum. mille inquit est: non mille sunt. Varro in. xviii. rerū humanarū. Ad romuli initium plus mille & centū annoꝝ est. Cato in primo originū.

Inde eſt ferme mille paſſus. M. Cicero in. vi. i Antonium. Ita ne ianus medius in. L. Antonii clientela eſt? quis unq̃ in illo iano inuentus eſt? qui. L. Antonio mille nummum ferret expenſum? In his atq; multis aliis mille numero ſingulari dictum eſt. Neq; hoc (ut quidam putant) uetuſtati conceſſum eſt: aut per figurarum concinnitatem admiſſum eſt: ſed ſic uidetur ratio poſcere. mille. n. non pro eo ponitur: quod græce χίλοι dicitur. Sed quod χίλιαϲ: & ſicuti una χίλιαϲ: & duæ χίλιαδεϲ: ita unum mille: & duo millia certa atq; directa ratione dicitur. Quamobrem id quoq; recte & probabiliter dici ſolitum: mille denarium in arca eſt: & mille equitum in exercitu eſt. Lucilius autem præterq̃ ſuperius poſui: alio quoq; in loco id manifeſtius demonſtrat. Nam in libro. xy. ita dicit.

Hunc mille paſſum qui uicerit: atq; duobus.
Campanus ſonipes ſuccuſſor nullus ſequetur.
Maiore in ſpacio ac diuerſus iubebitur ire.

¶Item alio libro. yiii. Mille die nũmum poteſt uno quærere centum. Mille paſſum dixit pro mille paſſibus. & uno mille nũmum: pro unis mille nũmis: aperteq; oſtendit: mille & uocabulum eſſe: & ſingulari numero dici. Eiuſq; pluratiuum eſſe millia: & caſum etiam capere ablatiuum neq; cęteros caſus requiri oportere: quum ſint alia pleraq; uocabula quæ in ſingulos tantum caſus. quædam etiam quæ in nullum inclinentur. quapropter nihil iam dubium eſt: quin. M. C. in oratiõe quam inſcripſit pro Milone ita ſcriptum reliquerit. Ante fundum Clodii quo in fundo: propter inſanas illas ſubſtructiones: facile mille hominum uerſabatur ualentium: non uerſabantur: quod in libris minus accuratis ſcriptum eſt. Alia enim ratione mille hominum: alia mille homines dicendum eſt.

¶Quanta cũ animi æquitate tolerauerit Socrates uxoris ingenium intractabile atq; inibi quid. M. Varro in quadam ſatyra: de officio mariti ſcripſerit. Cap. xyii.

x Anthippe ſocratis philoſophi uxor moroſa admodũ fuiſſe fer?: & iurgio ſa Irarumq; & moleſtiaꝝ muliebrium: per diem perq; noctem ſcatebat. Xanthippe

Has eius intẽperies in maritum Alcibiades demiratus: interrogauit Socratem: quæ nam ratio eſſet: cur mulierem tam acerbã domo non exigeret. Quoniã inquit Socrates: quum illam domi talẽ perpetior: inſuefco & exerceor: ut cęterorum quoq; foris petulantiã & iniuriam facilius feram. Secundum hanc ſententiam quoq; Varro in ſatyra menippea: quã de officio mariti ſcripſit. Vitiũ inquit uxoris aut tollendum: aut ferendũ eſt. Qui tollit uitiũ uxorem cõmodiorem præſtat: qui fert ſeſe meliorem facit. Hæc uerba Varronis tollere: & ferre lepide quidem compoſita ſunt. Sed tollere apparet dictũ pro corrigere. Id etiam apparet: eiuſmodi uicium uxoris ſi corrigi non poſſit ferendum eſſe: Varronem cenſuiſſe. quæ ferri ſcilicet a uiro honeſte poſſunt. Vicia enim flagitiis leuiora ſunt.

¶Quod. M. Varro in libro de ratione uocabuloꝝ primo. L. Lælium magiſtrũ ſuum περὶ ετυμολογίαϲ nonnulloꝝ uerboꝝ falſa dixiſſe reprehendit: quoq; idẽ Varro in eodem libro furis ετυμολογίαν falſam dicit. Cap. xviii.

I N primo de ratione uocabuloꝝ lib. M. Varro doctiſſimũ tunc ciuitatis i hoiem. L. Læliũ erraſſe oſtendit: q; uocabulum græcũ uetus traductũ in linguã romanã ꝑ meraco: & quaſi a ſe primitus latine fictũ eſſet: reſoluit in uoces latinas: rõne etymologica falſa. Verba ipſa ſuper ea re Varronis poſuimus.

In quo Lælius noſter litteris ornatiſſimus memoria noſtra errauit aliquotiēs. Nam aliquot uerborum antiquorꝝ græcorum: perinde atq; eſſent propria noſtra reddidit
Lepus cauſas falſas. Non enim leporem dicimus (ut ait) quod eſt leuipes. Sed quod eſt uocabulum antiquum græcum. Multa enim uetera illorꝝ ignorantur quod pro iis aliis nunc uocabulis utuntur: & illorꝝ eſſe plæriq; ignorent græcum: quod nunc nominãt ελληνα. Puteum eſſe quod uocãt ὀφεαρ leporem: quod λαγωον dicunt. In quo nõ modo Lælii ingenium non reprehendo: ſed induſtriam laudo. Succeſſum. n. fortuna experientiam laus ſequitur. Hæc Varro in primo libro ſcripſit. de ratione uocabulorum ſcitiſſime: de uſu utriuſq; linguæ peritiſſime: de ipſo Lælio clemẽtiſſime: Sed in
Fur poſteriore eiuſdem libri parte dixit. Furem ex eo dictum q; ueteres romani: furuum atrum appellauerint. & fures per noctem. quæ atra ſit. facilius furentur. Nõne ſic uidetur Varro de fure dixiſſe. tanq̃ Lælius de lepore? Nam quod a græcis nunc κλεωτης. ideſt fur dicitur. antiquiore græca lingua φωρ eſt dictum. Hinc per affinitatem litterarꝝ. quæ φωρ græce eſt latine fur. Sed ea res fugerit ne tunc Varronis memoriã. an contra aptius. & cohærentius putarint. furem a furuo. ideſt nigro appellari. in hac re de uiro tam excellentis doctrinæ non meum iudicium eſt.

¶ Hiſtoria ſuper libris ſibyllinis: ac de Tarquinio ſuperbo rege. Capi. xix.

Libri ſibyllini I N antiquis annalibus memoria ſuper libris ſibyllinis hæc ꝓdita eſt. Anus hoſpita: atq; incognita ad Tarquinium ſuperbum regem adiit: nouem libros ferens quos eſſe dicebat diuina oracula: eos uelle dixit uenũdare. Tarquinius p̃cium percunctatus eſt. Mulier nimium atq; imenſum popoſcit. Rex quaſi anus ætate deſiparet riſit. Tum illa foculũ coram eo: cum igni appoſuit: tris libros ex nouem deurit: & ecquid reliquos ſex eodem p̃cio emere uellet: regẽ interrogauit. Sed. n. Tarquinius id multo riſit magis: dixitq; anum iam ꝓculdubio delirare. Mulier ibidẽ ſtatim tris libros alios exuſſit: Atq; idipſum denuo placide rogauit: tris reliquos eodem illo precio emat. Tarquinius ore iam ſeno: atq; attentiore animo fit: eã conſtantiam confidentiamq; non inſuper habendam intelligit: & libros tris reliquos mercatur nihilo minore precio: q̃ quod erat petitum pro omnibus. Sed eam mulierem tunc a Tarquinio digreſſam: poſtea nuſq̃ loci uiſam conſtitit. Libri tres in ſacrarium conditi ſibyllini appellati. Ad eos quaſi ad oracullum quindecim uiri adeunt: quum dii immortales publicæ conſulendi ſunt.

¶ Quid geometræ dicãt grẽci: qbuſq; oĩa iſta latinis uocabulis appellẽt. Cap. xx.

f Iguraꝝ quę σχηματα geometræ appellãt: genera ſunt duo: planũ & ſolidum: hæc ipſi uocant επιπεδον στερεον. Planũ eſt qd in duas partes ſolum lineas habet: qua latũ eſt: & qua lõgũ: qualia ſunt triq̃tra: & q̃drata: quæ in area fiunt ſine altitudine. Solidũ eſt: qñ non longitudines mõ: & latitudines planas numeri linearũ efficiunt: ſed ẽt extollunt altitudines: quales ſunt ferme mete triãguli quas pyramidas appellãt: uel uualia ſunt quadrata undiq; quæ κυβους illi: nos quadrãtalia dicimus κυβους. n. eſt figura ex omni latere quadrata: quales ſũt in quit. M. Varro teſſeræ: qbus in alueolo ludit: ex quo ipſe appellatæ κυβοι. In numeris ẽt ſimiliter κυβος dicitur: quum omne latus eiuſdẽ numeri æqualiter in ſeſe ſoluitur: ſicut fit: quũ ter terna ducũtur. Atq; idem ipſe numerus triplicatur: huius numeri cubum Pythagoras uim habere lunaris circuli dixit: q; & luna orbem ſuũ luſtret ſeptem & uiginti diebus: qui a numeris ternio: qui græce dicitur τριας tantundem efficiat

efficiat in cubo. Linea autem a noſtris dicitur: quam γραμμην græci uocant. Eam M. Varro ita definit: Linea eſt inquit lōgitudo quædam ſine latitudine & altitudine. ευκλειδησ autem breuius prætermiſſa altitudine γραμμη eſt iquit μηκοσ απλατεσ: ideſt longitudo illatabilis: quod exprimere uno latine uerbo non queas: niſi audeas dicere illatabilis. linea

¶Quod Iulius Iginus affirmatiſſime contendit legiſſe ſe librum. P. Virgilii domeſticum: in quo ſcriptum eſſet. Et ora Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror: non quod uulgus legeret ſenſu torquebit amaro. Cap. xxi.

Erſus iſtos ex georgicis Virgilii plæriq; omnes ſic legunt.

u At ſapior indicium faciet manifeſtus: & ora.

Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaro.

Higinus autem non hercle ignobilis grammaticus in commentariis: quæ in uirgilium fecit confirmat: & perſeuerat: non hoc a uirgilio relictum. Sed quod ipſe inuenerit in libro qui fuerat ex domo: atq; familia uirgilii: Et ora Triſtia tentātum ſenſu torquebit amaror. Neque id ſoli Higino. ſed doctis quibuſdam etiam uiris complacitum quoniam uidetur abſurde dici. Sapor ſenſu amaro torquet: quum ipſe inquiunt ſapor ſenſus ſit: non alium in ſemetipſo ſenſum habeat: ac perinde ſit quaſi dicatur: ſenſus ſenſu amaro torquet: Sed enim cum Phauorino Higini commentarium legiſſem atque ei ſtatim diſplicita eſſet inſolentia & inſuauitas a maioris. Iouem lapideū inquit quod ſanctiſſimum iuſiurandum eſt habitum: paratus ſum ego iurare: uirgilium hoc nunq̄ ſcripſiſſe. Sed Higinum ego dicere uerum arbitror. Nō enim primus finxit hoc uerbum uirgilius inſolenter: ſed in carminibus Lucretii inuentum: non eſt aſpernatus auctoritate poetæ ingenio & facundia præcelentis. Verba ex quarto Lucretii hæc ſunt. amaror

Deniq; in os falſi uenit humor ſæpe ſaporis:
Quum mara uerſamur propter: diluraq; contra.
Quum tuimur miſceri abſcynth a tangit amaror:

Non uerba autem ſola: ſed uerſus prope totos: & locos quoq; Lucretii plurimos ſectatum eſſe Virgilium uidemus.

¶An qui cauſas defendit: recte latineq; dicat ſupereſſe id quod defendit? & ſupereſſe proprie quid ſit. Cap. xxii.

Rroborauit inueterauitq; falſa & aliena uerbi ſignificatio: quod dicit: hic illi ſupereſt quum dicēdum eſt. Aduocatum eſſe quem cui piam: cauſam que eius defendere atque id dicitur: non in compitis tantum neque in plæbe uulgaria ſed in foro: in comitio: apud tribunalia. Qui integre autem locuti ſunt: magnam partem ſupereſſe ita dixerunt: ut eo uerbo ſignificarent ſuperfluere: & ſuperuacare atque eſſe ſupra neceſſarium modum. Itaq; M. Varro in ſatyra quæ inſcripta eſt: Neſcis quid ueſper ueat: ſuperfuiſſe dicit immodice & in tempeſtiue fuiſſe. Verba ex eo libro hæc ſunt. Inconuiuio legi nec omnia debent: & ea potiſſimum quę ſimul ſint γιωφελη. ideſt uitæ incommoda: & delectent potius: ut id quoq; non uideatur ſuperfuiſſe. memini ego prætoris docti hominis tribunali me fortaſſe aſſiſtere: atque ibi aduocatum non in celebrem ſit poſtulare: ut quā cauſam diceret: remq; quæ agebatur non attingeret. Tūc prætorem ei quia res erat: dixiſſe aduocatum eum non habere: & quū is qui uerba faciebat reclamaſſet: ego illi uir clariſſime ſuperſum: Adeſſe ſupereſſe

Reſpondiſſet prætorem feſtiuiter: Tu plane ſuperes: non ades. M. autem Cicero in libro q̄ inſcriptus eſt de iure ciuili in artem redigendo uerba hæc poſuit. Nec uero ſciētia iuris maioribus ſuis. Q. Melius Tubero defuit: doctrina etiam ſuperfuit. In quo loco ſuperfuit ſignificare uidetur ſupra fuit: & præſtitit ſuperauitq; maiores ſuos doctrina ſua ſuperfluenti tum & nimis abundanti. Diſciplinas enim Tubero ſtoicas & dialecticas percalluerat. In libro quoq; de repub. ſecundo: idipſum uerbum Ciceronis non temere tranſeundum. Verba ex eo libro hæc ſunt. Non grauarer Læli: niſi & hos uelle putarem: & ipſe cuperem te quoq; aliquam partem huius noſtri ſermonis attingere præſertim cum hæri ipſe dixeris te nobis non etiam ſuperfuturum: uerum id quidem fieri non poteſt: ne deſis omnes te rogamus. Exquiſite igitur & comperte Iulius paulus dicebat: homo in noſtra memoria doctiſſimus ſupereſſe non ſimplici ratione dici tam latinæ q̄ græce. Græcos enim περιεῖναι: ideſt uiuere: adeſſe: uiciſſe: tam in utraq; parte ponere: uel quod ſuperuacaneum eſſet: ac non neceſſarium: uel quod abundans nimis & affluens & exuperans. Sic quoq; noſtros ueteres ſupereſſe alias dixiſſe: pro ſuperfluenti & ſuperuacuo: nec admodū neceſſario: ita ut ſupra poſuimus Varronem dicere. Alias ita ut Cicero dixit: pro eo: quod copia quidem & facultate cæteris anteiret: tum ſupra modum: & largius ꝓlixiuſq; flueret: q̄ eſſet ſatis. Qui dicit ergo ſe ſupereſſe ei: quem defendit nihil iſtorū uult dicere: ſed neſcio quid aliud indictum inſcitumq; dicit. Ac ne Virgilii quidē poterit auctoritate uti: qui in georgicis ita ſcripſit.

Primus ego in patriam mecum modo uita ſuperſit.

Hoc enim in loco Virgilius ὁκυροτέρεν. i. minus ꝓprie uerbo uſus uidetur: quod ſuperſit dixit pro longinquius diutiuſque adſit. illud contra eiuſdem Virgilii eſt aliquanto probabilius.

Florentiſq; ſecant herbas fluuioſq; miniſtrant.

Farraq;: ne blando nequeant ſupereſſe labori.

Supare

Significat. n. ſupra laborē eſſe: neq; opprimi a labore. An aūt ſupereſſe dixerint ueteres ꝓ reſtare & pficiendæ rei deeſſe quærebamus. Nā Saluſtius in ſignificatione iſta non ſupereſſe: ſed ſuperare dicit. Verba eius in iugurtha. Is plærūq; a rege exercitum ductare: & omnis res exequi ſolitus erat: quæ iugurthæ feſlo. aut maioribus aſtricto ſuperauerant. Sed inuenimus in. iii. Enni annalium in hoc uerſu.

Reſtare

Inde ſibi memorat unum ſupereſſe laborem. Ideſt reliquū eſſe & reſtare. Quod quia ideſt diuiſe ꝓnunciandum eſt: ut non una pars orationis eſſe uideatur: ſed duæ Cice.

ſupereſſe

autem in. ii. antonianarū: quod eſt reliquum non ſupeſſe: ſed reſtare dici. Præter hæc ſupeſſe inuenimus dictum ꝓ ſuperſtitem eſſe. Ita. n. ſcriptum eſt in libro epiſtolarū. M. Ciceronis ad. L. Plancum: & in epiſtola. M. aſinii Pollionis ad Ciceronem uerbis his. Nam neq; deeſſe reipu. uolo: neq; ſupereſſe. Per quod ſignificat: ſi reſp. emoriat: & pereat nolle ſe uiuere. In Plauti autem aſinaria manifeſtius idipſum ſcriptum ē in his uerbis: quæ ſunt eius comœdiæ prima. Sicut tuum uis unicum gnatum tuæ ſupeſſe uitæ hoſpitem & ſuperſtitem. Cauenda igitur eſt nō improprietas ſola uerbi: ſed etiam prauitas oīs: ſiquis ſe nunc ſenior aduocatus adoleſcenti ſupereſſe dicat.

Papyrius

¶ Quis fuerit Papyrius prætextatus: quæue iſtius cauſa cognomēti ſit hiſtoriamq; iſta omnis ſuper eodem Papyrio cognitu iocunda. Cap. xxiii.

h Iſtoria de Papyrio prætextato dicta: ſcripta eſt a. M. Catone in oſone qua

uſus

usus est ad milites contra Galbam: cum multa quidem uenustate atq; luce: ac mundicia uerborum. Ea Catonis uerba: huic prorsus commentario indidissem: si libri copia fuisset id temporis quum hæc dictaui. Quod si non uirtutes dignitatesq; uerborū sed rem ipsam scire quæris: res ferme ad hunc modum est. Mos antea senatoribus romæ fuit: in curia cum prætextatis filiis introire. Tunc quidem in senatu res maior quępiam consultata: eoq; in diem posterū prolata est. Placuitq; ut eam rem super quā tractauissent: nequis enunciaret: priusq̄ decreta esset. Mater papyrii pueri: qui cum parente suo in curia fuerat: percontata est filium: quidnam in senatu patres egissent. Puer respondit tacendum esse neq; id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior secretum rei: & silentium pueri: animum eius ad inquirendum euerberat. Quærit igitur compressius uiolenter: usq;. Tum puer matre urgente lepidi: atq; festiui mendacii consilium capit actum in senatu dicit: utrum uideretur utilius: exq; repu. esse: unus ne ut duas uxores haberet: an ut una apud duos nupta esset. Hoc illa ut audiuit: animus compauescit. domo trepidans egreditur: ad cæteras matronas peruenit. Ad senatum postridie matrumfamilias caterua lachrymantes: atq; obsecrantes orant: una potius ut duobus nupta fieret: q̄ ut uni duæ. Senatores ingredientes in curiam: quæ illa mulierum intemperies: & quid sibi postulatio illa uellet mirabantur. Puer Papyrius in medium curiæ progressus: quid mater audire instituisset: quid ipse matri dixisset: rem sicuti fuerat denarrat. Senatus fidem atq; ingenium pueri exosculatur. Consultum facit: uti posthac pueri cum parentibus in curiam ne introeant: nisi ille unus Papyrius. Atque puero postea cognomentum honoris gratia inditum Prætextatus ob tacendi loquendiq; in ætate prætextata prudentiam. Prætextatus

¶Tria epigrammata trium ueterum poetarum: Neuii: Plauti: Pacuuii: quæ facta ab ipsis: eorum sepulchris incisa sunt. Cap. xxiiii.

Rium poetarū illustrium epigrāmata Cn. Neuii: Plauti. M. Pacuuii: quæ ipsi fecerunt & incidenda suo sepulchro reliquerunt: notabilitas eorū gratia: ac uenustatis: scribenda in his cōmentariis esse duxi. Epigrāma neuii plenū superbiæ cāpanæ: quod testimonium esse iustum potuisset: nisi ab ipso dictum esset.

Immortales mortales si foret fas flere:
Flerent diuæ camenæ Neuium poetam.
Itaq; postq̄ est orchio traditus thesauro:
Obliti sunt Romæ lingua latina loquier.

¶Epigramma Plauti: quod dubitassemus an plauti foret: nisi a. M. Varrone positū esset in libro de poetis primo. Plauti Epigramma

Postq̄ est morte captus plautus
Comœdia luget: scæua est deserta.
Deinde risus: ludus: iocusq;: & numeri.
Innumeri simul omnes collachrymarunt:

¶Epigramma Pacuuii uerecundissimum: & purissimum. dignumq; eius elegantissima grauitate. Pacuuii Epigramma

Adolescens tametsi properas. hoc te saxum rogat.
Vt se aspicias. deinde quod scriptum est legas.
Hic sunt poetæ Pacuuii marci sita ossa.
Hoc uolebam nescius ne esses. uale.

¶Quis uerbis: M. Varro inducias definierit: quæsitumq; inibi curiosius: quænam ratio sit uocabuli induciarum. Cap. xxv.

Inducię

Vobus modis. M. Varro in libro humanarum: qui est de bello & pace: in d ducię quid sint definit: Inducię inquit sunt pax castrensis paucorum dierum. Item alio in loco. Inducię inquit sunt belli feriæ. Sed lepide magis atque iocundæ breuitatis: utraq; definitio: q̄ plena aut proba esse uidetur. Nam neque pax est inducię: bellum enim manet pugna cessat. Neq; in solis castris: neq; paucorū tantum dierum inducię sunt. Quid enim dicemus si induciis in mēsium aliquod factis: castris concedatur: nonne tum quoq; inducię sunt? Aut rursus quid esse id dicemus: quod in primo annalium quadrigari scriptum est. C. Pontium samnitem a dictatore Romano sex horarum inducias postulasse: si inducię paucorū tantum dierum appellandæ sunt. Belli autem ferias festiue magis dixit: q̄ aperte atq; definire. Græci autem significantius consignantiusq; cessationem istam pugnæ pacticiam ΕΚΕΧΕΙΡΙΑΝ. i. a manibus temperatiōem dixerūt exempta una littera sonitus uastioris: & subiuncta lenioris. Nam quod eo tempore non pugnetur: & manus cohibeātur. ΕΚΕΧΕΙΡΙΑΝ. i. inducias ab abstinendis manibus appellarunt. Sed profecto non id fuit uarroni negocium: ut inducias superstitiose definiret: & legibus rationibusq; omnibus definitionum inseruiret. Satis enim uisum est: eiusmodi demonstrationē. Quod genus græci ΤΥΤΟΥΣ. i. forma magis & ΥΠΟΓΡΑΦΑΣ. i. descriptiones: q̄ ΟΡΙΣΜΟΥΣ: idest definitiones uocant. Induciarum autem uocabulum. qua sit ratione factū: iam diu est q; quærimus: Sed ex multis quæ iam audiuimus uel legimus probabilius: id quod dicam uidetur. Inducias sic dictas arbitramur: quasi tu dicas induci ansam. Pactum induciarum eiusmodi est: ut in diem certum non pugnetur: nihilq; incommodi detur: sed ex eo die postea uti iam omnia belli iure agantur. Quod dicitur dies certus præfinitus: pactum fit ut ante eum diem ne pugnetur: atq; is dies ubi uenit: inde uti iam pugnetur. Iccirco ex his quibus dixi: uocibus quasi per quendam coitum & copulam: nomen induciarum connexum est. Aurelius autem Opilius primo librorum: quos musam inscripsit. Inducię inquit dicuntur: quum hostes inter sese utrinq; ultro citroq; alteri ad alteros impune: & sine pugna meunt. Inde ab eo inquit nomen esse factum uidetur: quasi initus atq; introitus. Hoc ab Aurelio scriptum propterea non præterii: ne cui hanc noctium æmulo: eo tantum nomine elegātius id uideretur: tanq̄ id nos originem uerbi requirentes fugisset.

¶Quem in modum mihi Taurus philosophus responderit percontanti: an sapiens irascceretur. Cap. xxvi.

Interrogaui in diatriba Taurum an sapiens irascceretur? Dabat enim sæpe i post quotidianas lectiones: quærendi: quod quis uellet potestatem. Is cū grauiter: & copiose de morbo affectuue iræ disseruisset: quæ & in ueterū libris: & in ipsius cōmentariis exposita sunt: conuertitur ad me qui interrogaueram. Et hæc ego inquit super irascendo sentio. Sed quod & Plutarchus noster uir doctissimus: & prudentissimus sensérit nō abs re est ut id quoq; audias. Plutarchus inquit seruo suo nequam homini & contumaci: sed libris disputationibusq; philosophiæ aures imbucas habenti tunicam detrahi. ob nescio quod delictum: cædiq; eum loro iussit: cœperat uerberari: obloquebatur: non meruisse: ut uapulet: nihil mali: nihil sceleris admisisse. Postremo uociferari inter uapulandum incipit. neq; iam querimonias aut

gemitus

gemitus eiulatusq; facere: sed uerba seria & obiurgatoria. Non ita esse Plutarchum: ut diceret philosophum irasci turpe esse: sæpe cum de malo iræ desertauisse: librum quoq; ωερι ἀοργησιας. i. de non irascendo uel irascibilitate pulcherrimum conscripsisse. Is omnibus: quæ in eo libro scripta sunt: nequaq̃ conuenire: q; prouolutus: effususq; in iram plurimis se plagis mulctaret. Tum Plutarchus lente & leniter: quid autem inquit uerbero: nunc ego tibi irasci uideor? ex uultu ne meo: an ex uoce: an ex colore: an etiam ex uerbis correptum esse me ita intelligis? Mihi quidem neque oculi (opinor) truces sunt: neq; os turbidum: neq; imaniter clamo: neq; in spumam: robore remue efferuesco. Neq; pudenda dico: aut pœnitenda: neq; omnino trepido ira & gestio: hæc enim omnia si ignoras: signa esse iræ solent: & simul ad eum qui cedebat: conuersus interim inquit: dum ego atq; id disputamus: hoc tu age. Summa autẽ totius sniæ Tauri hęc fuit: non idem esse existimaui ἀοργησιαν καὶ ἀναγηριαν. i. in ira scentiam & indolentiam. Aliudq; esse non iracũdum. animũ: aliud ἀναλγητον καὶ ἀναισθητον. i. habẽtem ac stupentem. Nam aliorũ omnium quos latini philosophi affectus uel affectiones græci ωαθη appellant: ita huius quoq; motus animi: qui cum est ulciscendi causa senior: ira dicitur: non priuationem esse utilem censuit: quam græci σεριοτητα dicunt: sed mediocritatem: quam μετριοτητα illi appellant.

¶ Auli Gelii noctium atticarum commentarii Liber secundus.

¶ Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere pacientiam corporis: deque eiusdem uiri pacientia. Cap. i.

i Nter labores uoluntarios: & exercitia corporis ad fortuitas pacientiæ uices firmamentum id quoq; accepimus Socratem facere insueuisse: stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdiu: atq; pernox a summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconueniens: immobilis iisdem in uestigiis: & ore atq; oculis eũdem in locum directis cogitabundus: tanq̃ quodam secessu mẽtis: atq; animi facto a corpore: Quam rem cũ Phauorinus de fortitudine eius uiri: ut pleraq; disserens artigisset ωολλακις. i. sæpenumero inquit εξηλιουειο ηλιον ειο ηκει ασραβε σερος τωνωρεινον. i. de sole ad solem erectior stipitibus arbor̃ steterat. Temperãtia quoq; eum fuisse tanta traditum est: ut oĩa fere uitæ suæ tempora ualitudine inofensa uixerit. In illius ẽt pestilentiæ uastitate: quæ in bello pelopõnesiaco imprimeipsam athenienſium ciuitatẽ internecino genere morbi depopulata est. is parcendi: moderandiq; rationibus dicitur: & a uoluptatum labe cauisse: & salubritates corporis retinuisse: ut nequaq̃ fuerint communi omnium cladi obnoxius.

¶ Quare rõ obseruatioq; officior̃ esse debeat inter patres: filiosq; in discũbendo sedẽdoq; atq; in id genus reb9: domi foriſq; Si filii magr̃atus sunt & patres priuati: superq; ea re Tauri philosophi dissertatio & exemplũ ex historia romana petitũ. Cap. ii.

a D philosophũ Taur̃ athenas: uiscendi cognoscendiq; eius gratia: uenerat uir clarissimus: pr̃ses Cretæ prouinciæ: & cum eo simul eiusdẽ præsidius pater. Taurus sectatoribus cõmodum dimissis sedebat pro cubiculi sui foribus: & cũ assistentibus nobis sermocinabatur. Introiuit prouinciæ pr̃ses: & cum eo pater, Assurrexit placide Taurus & post mutuã salutationem resident, Allata mox una

ſella eſt: quę in promptu erat: atq; dum aliæ promebant: appoſita eſt. Inuitauit Taurus patrem præſidis ut ſederet. Atq; ille ait: ſedeat hic potius: q̄ po. Ro. magiſtratus eſt. Abſq; præiudicio inquit Taurus tu interea ſede: dū inſpicimus quærimuſq; utrū conueniat te ne potius ſedere: qui pater es: an filium qui magiſtratus eſt. Et cū pater aſſediſſet: appoſitūq; eſſet aliud filio quoq; eius ſedile: uerba ſuper ea re taurus facit: cum ſūma dii boni: honoꝝ atq; officioꝝ perpenſatione. Eorum uerboꝝ ſnia hęc fuit. In publicis locis: atq; muneribus: atq; actionibus patrū iura: cum filioꝝ qui in magiſtratu ſunt: poteſtatibus collata inter quieſcere paululū & conniuere. Sed cum extra remp. in domeſtica re: atq; uita ſedeat: ambuletur: in conuiuio quoq; familiari diſcūbatur: tum inter filiū magiſtratū: & patrem priuatū publicos honores ceſſare: naturales & genuinos exoriri: hoc igitur inquit: q̄ ad me ueniſtis: q̄ colloquimur nunc: q̄ de officiis diſceptamus: priuata actio eſt. Itaq; utere apud me iis honoribꝰ prior: quibus domi quoq; ueſtræ te uti priorē decet. Hæc atq; alia in eandē ſniam Taurus grauiter ſimul & cōiter diſſeruit: quid aūt ſuper huiuſcemōi patris atq; filii officio: apud Claudiū legerimus: nō eſſe ab re uiſum eſt: ut adſcriberemus. Poſuimus igit̄ uerba ipſa quadrigarii ex annali eius. vi. trālcripta: Deinde facti conſules Sēpronius Gracchus iteꝝ. Q. Fabius maximus filius eius: qui priore anno erat conſul: ei cōſuli pater ꝑconſul obuiam in equo uehens uenit. Neq; deſcendere uoluit: q̄ pater erat: & q̄ inter eos ſciebat maxima cōcordia conuenire: lictores non auſi ſunt deſcendere iubere. Vbi iuxta uenit: tum conſul ait deſcendere iube: quod poſtea q̄ lictor ille qui apparebat cito intellexit. Maximū proconſulem deſcendere iuſſit. Fabius imperio pater: & filium collaudauit: quum imperium: quod populi eſſet: retineret.

Filioꝝ in patres officium

¶Qua rōne uerbis quibuſdā uocabuliſq; ueteres imiſerūt. h. lrę ſpiritū. Cap. iij.

Litter a: ſiue illam ſpiritū magis q̄ litteram dici oportet: inſerebāt eam ueteres noſtri pleriſq; uocibus uerboꝝ firmandis roborandiſq;: ut ſonus eaꝝ eſſet uiridior: uegetiorq;. Atq; id uidentur feciſſe ſtudio & exemplo linguæ atticæ: ſatis notum eſt atticos ἀχθόμενον. i. piſcem pauperē: multa itidē alia: citra morem gentium græciæ cæteraꝝ inſpirantis primæ litteræ dixiſſe. Sic lachrymas ſic ſepulchrum: ſic ahenū: ſic uehemēs: ſic incohare: ſic helluare: ſic allucinari: ſic honera: ſic honuſtum dixerunt. In his uerbis oibus litteræ ſeu ſpiritus iſtius nulla ratio uiſa ē. niſi ut firmitas & uigor uocis: quaſi quibuſdam neruis additis intenderetur. Sed qm̄ aheni quoq; exemplo uſi fuimus, uenit nobis in memoriam. Fidum optatumq; multi nominis romæ grāmaticum oſtendiſſe mihi librū æneidos ſecūdum, mirandæ uetuſtatis emptum in ſigillariis. xx. aureis. quem ipſius uirgilii fuiſſe credebat: in quo duo iſti uerſus quum ita ſcripti forent. Veſtibulū ante ipſum. primoq; in limine pyrrhus exultat telis. & luce coruſcus aena. additam ſupra uidimus. h. litteram. & ahena factum. Sic in illo quoq; uirg. uerſu in optimis libris ſcriptum inuenimus. Aut foliis undam tepidi deſpumat aheni.

H. littera

Lachrymæ. Sepulchrum Ahenum Vehemens. incohare helluari hallucinari Honera. Honuſtū

¶Quam ob cauſam. C. Baſſus genus quoddam iudicii diuinationem appellari ſcripſit. Et quam aliam cauſam eſſe eius uocabuli dixerunt. Cap. iiij.

Vum de conſtituēdo accuſatore quæritur. iudiciūq; ſuper ea re reddit̄. cui q nam potiſſimū ex duabus pluribuſue accuſatio: ſubſcriptione in reū pmittatur. ea res atq; iudicium cognitio diuinatio appellat̄. Id uocabulū quam ob cām ita factum ſit quæri ſolet. C. Baſſus in tertio libroꝝ. quos de origine uocabulorum

lorum compoſuit. Diuinatio inquit iudicium appellatur: qm̃ diuinare quodãmodo iudicem oportet quã ſniam ſeſe fere par ſit. Nimis quidẽ eſt in uerbis. C. Baſſi rõ imperfecta. uel magis inops & ieiuna. Sed uidetur eum ſignificare uelle: iccirco dici diuinationem: q̃ in aliis quidem cauſis iudex ea quæ didicit: quæq; argumẽtis uel teſtibus demonſtrata ſunt ſequi ſolet. In hac aũt re: quum eligendus accuſator eſt: parua admodum: & exilia ſunt: quibus moueri iudex poſſit: & propterea qui nã magis ad accuſandum idoneus ſit: quaſi diuinandum eſt. Hęc Baſſus. Sed alii quidam diuinationem eſſe appellatam putant: qm̃ quum accuſatur & reus duæ res quaſi cognatæ: coniunctęq; ſint: neq; una ſine altera cõſtare poſſit: in hoc tamen genere cauſæ res quidem iam eſt. ſed accuſator nondum eſt: & iccirco quod adhucuſq; deeſt: & latet diuinatione ſupplendum eſt: quiſnam accuſator ſit futurus. Diuinatio

¶Quam lepide deſignateq; dixerit Phauorinus philoſophus: quid interſit inter Platonis & lyſiæ orationem.

Cap. v.

Hauorinus de Lyſia & Platone ſolitus eſt dicere: ſi ex Platonis inquit oratione uerbum aliquod demas: mutesue: atq; id cõmodiſſime facias: de elegantia tamen detraxeris: ſi ex Lyſiæ de ſententia. Plato Lyſias

¶Quibus uerbis ignauiter & abiecte Virgilius uſus eſſe dicatur: & quid iis qui improbe dicunt reſpondeatur.

Cap. vj.

Onnulli grãmatici ætatis ſupioris: in quibus eſt Cornutus Anneus: haud ſane indocti: neq; ignobiles: qui cõmentaria in Virgilium compoſuerunt: repræhendunt: quaſi incurioſe & abiecte uerbum poſitum in his uerſib9. Cornutuſ Anneus

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias uexaſſe rates: & gurgite in alto.
At timidos nautas canibus laceraſſe marinis.

Vexaſſe. n. putant uerbum eſſe leue: & tenuis ac parui incõmodi: nec tantæ atrocitati congruere: quum hoies repente a bellua ĩmaniſſima rapti: laniatiq; ſint. Itẽ huiuſcemodi repræhẽdunt. Oia iam uulgata: quis aut euryſtea durę. Aut illaudati neſcit buſyridis aras? Illaudati parę idoneum uerbum eſſe dicunt: neq; id ſatis eſſe ad faciendã ſcelerati hoĩs deteſtationem: qui q̃ hoſpites omnium gentium ĩmolare ſolitus fuit: non laude indignus: ſed detractatione execrationeq; totius generis humani dignus eſſet. Item aliud uerbum culpauerunt. Per tunicã ſqualentẽ auro latus aurit aptum tanq̃ non conuenerit dicere: auro ſqualẽtem qm̃ nitoribus: ſplẽdoribuſq; auri ſqualoris illuuies ſit contraria. Sed de uerbo uexaſſe ita reſponderi poſſe credo: uexaſſe graue uerbum eſt. Factumq; ab eo uidet quod eſt uehere: in quo eſt iam uis quædã alieni arbitrii. Nõ. n. ſui potens eſt qui uehitur. Vexare aũt: q̃ ex eo inclinatũ eſt: ui atq; motu diſtrahitur: is uexari ꝓprie dr̃: ſicuti taxare preſſius: crebriuſq; eſt: q̃ tãgere: unde ꝓculdubio id inclinatũ eſt: & iactare multo fuſius: largiuſq; eſt: q̃ iacere: id unde uerbũ traductũ eſt. Et quaſſare: q̃ quatere grauius uiolẽtiuſq; eſt. Non igit quia uulgo dici ſolet. uexatũ eſſe quem fumo: aut uẽto: aut puluere: propterea debet uis uera atq; natura uerbi deperire: quæ a ueteribus: qui ꝓprie ac ſignate locuti ſunt: ita ut decuit cõſeruata eſt. M. Catonis uerba ſunt ex or̃one: quã de acheis ſcripſit. Cumq; annibal terrã italiam laceraret: atq; uexaret. uexatã italiam dixit Cato ab Annibale: qm̃ nullũ calamitatis: aut ſeuitiæ: aut ĩmanitatis gen9 reperiri queat: q̃ in eo tpe italia nõ ppeſa ſit. M. Tulii in uerrem quæ ab iſto ſic ſpoliata atq; direpta eſt: ut non ab hoſte uehere uexare Taxare Tangere Iactare lacere Quaſſare Quate

aliquo.qui tamen in bello religionem & consuetudinis iura retinet: sed ut a barbaris
Illaudat9 prædonibus uexata esse uideat. De illaudato aũt quo uidentur respõderi posse. Vnũ
est eiusmodi: nemo quisq̃ tam efferis est moribus: quin faciat: aut dicat nonnunq̃ aliquid quod laudari queat: unde hic antiquissimus uersus: uice pro uerbi celebrat9 est.
ΠΟΛΛΑΚΙ ΚΑΙ ΚΙ ΠΟΡΟΣ ΑΝΗΡ ΑΛΑΛΗΤΟ ΚΑΙ ΡΙΟΝ ΕΙΠΕΝ. ideſt.
Sæpe etiam est olitor ualde oportuna locutus
Sed.n.qui in omni re: atq; omni tempore laude omni uacat: is illaudat9 est. Isq; om
nium pessimus deterrimusque est. Sicut omnis culpæ priuatio: inculpatum facit. In
Inculpatus culpatus autem instar est absolutæ uirtutis. Illaudatus quoq; finis est extremæ maliciæ. Itaq; Homerus non uirtutibus appellandis: sed uitiis detrahendis laudare ampliter solet: hoc.n.est ΗΥΛΑΜΑΝΤΙΟΣ ΑΜΥΜΟΝΟΣ. & ΤΩ ΑΟΥΚΑΚΟΝΤΕ ΠΕΤΗΟΙΝ: ideſt fari inculpabilis auspes: & illa aut inuita uolarunt. Et item illud.
ΕΝΘΟΥΚΑΝ ΟΒΡΙΜΟΝΤΑ ΙΑΟΙΣ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΑ ΔΙΟΝ.
ΟΥΔΕ ΚΑΤΑ ΠΤΟΘΟΝ ΤΟΝ ΑΟΥΚΕΘΕΛΟΝΤΑ ΜΑΧΙΣΑΙ. ideſt.
Tunc neq; cernere erat torpentem agamemnona diuum.
Nec pauidum: uel uolentem decernere ferro.
Epicurus quoq; simili modo maximã uoluptatem: detractionẽ priuationẽq; ois doloris definiuit his uerbis: ΟΡΟΣ ΤΟΥ ΑΛΥΟΝΤΟΣ ΥΠΕΞΑΙΡΕΣΙΣ. i. hæc est definitio doInamabilis loris detractio. Eadem rõne idem Virgi. inamabilem dixit stigiam palludẽ. Nam sicut illaudatum ΚΑΤΑ. i. fm laudis ΣΤΕΡΙΣΙΝ. i. priuationem: ita inamabilẽ ΚΑΤΑ amoLaudare ris ΣΤΕΟΙΣΙΝ detestatus est. Altero modo illaudat9 ita defenditur. laudare significat prisca lingua nominare: appellareq; sic in actionibus autem ciuilibus laudari id dicitur: quod est nominatius. Illaudatus.n.est quasi illaudabilis: qui neq; mentione: aut memoria ulla dignus: neq; unquam nominandus est. Sicuti quondam a cõmuni cõ filio asiæ decretum est: uti nomen eius: qui templum dianæ ephesiæ incenderat: nequis ullo in tempore nominaret. Tertium restat ex his: quæ reprehensa sunt: q; tunicam squallentem auro dixit. Id autem significat copiam densitatemq; auri in squamaSqualere. rum speciem intexti. Squallere enim dictum est a squamarũ crebritate: asperitateq;: quæ in serpentum piscium q; coriis: uisuntur: Quam rem & alii: & hic quidem poeta locis aliquod demonstrat. Quem pellis inquit athenis in plumã squamis auro conserta tegebat. Et alio loco. Iamq; adeo rutilũ thorata indutus Athenis horrebat squaSqualor mis. Accius in pelopodis ita scribit. Eius serpentis squamæ squalido auro: & purpura prætextę. Quicquid igitur nimis inculcatum obsitumq; aliqua re erat & incuteret uisentibus facie noua horrorem id squalere dicebatur. sic in corporibus incultis squamosisq; alta congerie sordium squalor appellabatur. Cuius significationis multo assiduoq; usu totum id uerbum ita contaminatum est: ut iam squalor de re alia nulla: q̃ de solis inquinamentis dici cœperit.
¶ De officio erga parẽtes librorũ: deq; ea re ex philosophiæ libris: in q̃bus scriptũ quę situmq; est: an semper in oĩbus patris iussis obsequendum sit. Cap. vij.
Officia si Veri solitũ est in philosophorũ disceptationibus: an semp inq; oĩbus iussis
liorum in q patri parendũ sit. Sup ea re græci: nostriq; qui de officiis scripserunt: tres
patres sniãs esse quæ spectandæ considerãdæq; sint: tradiderũt: easq; subtilissime diiudicauerunt. Earũ una est: oĩbus quę pater impat parendũ. Altera est: in quibusdã parendũ quibusdã non obsequẽdum. Tertia est: nihil necessum esse patri obsequi: & parere.

parere. Hæc ſentẽtia qm̃ primore aſpectu nimis infamis eſt: ſuper ea prius quæ dicta ſunt: dicemus aut recte inquiunt imperat pater: aut perperam. Si recte imperat: nõ quia imperat parendum: ſed quoniã id fieri ius eſt: faciendũ eſt. Si perperam nequaq̃ ſcilicet faciendum: quod non fieri oportet. Deinde ita concludunt: nequaq̃ eſt igitur patri parendum quæ imperat. Sed neq; iſtam ſnĩam probari accipimus. Argutiola quippe hæc: ſicuti mox oſtendemus: friuola & inanis eſt: Neq; autem illa quam primo in loco diximus: uera & proba uideri poteſt omnia eſſe quæ pater iuſſerit parendum. Quin. n. ſi proditionem primæ ſi matris necem: ſi alia quædam imperauit turpia: aut impia. Media igitur ſnĩa optima: atq; tutiſſima uiſa eſt. Quædam eſſe parendum: quædam non obſequẽdum. Sed ea tamen quæ obſequi non oportet: leniter & uerecundæ: ac ſine deteſtatione nimia ſine obbrobratione acerba reꝑhenſionis declinanda ſenſim: & relinquenda eſſe dicunt: q̃ reſpuenda. Concluſio uero illa: qua colligitur ſicuti ſupra dictũ eſt: nihil patri parendum imperfecta eſt. Refutari ac dilui ſic poteſt. Oĩa quæ in rebus humanis ſic fiunt ſicuti docti cenſuerunt: aut honeſta ſunt: aut turpia. Quæ ſua ui recta: aut honeſta ſũt ut fidem colere: ut patriam defendere: ut amicos diligere: ea fieri oportet: ſiue imperet pater ſiue non imperet. Sed quæ his contraria: quæq; turpia & omnino iniqua ſunt ea ne ſi imperet quidem. Quæ uero in medio ſunt & a græcis tum ἀδιαφορα. i. indifferentia: tum μεσα. i. media appellant ut in militiam ire: rus colere: honores capeſſere: cauſas defendere: uxorem ducere: uti iuſſum proficiſci: ut accerſitum uenire: quoniam & hæc: & his ſimilia per ſeſe ipſa neq; honeſta ſunt: neq; turpia: ſed perinde ut a nobis aguntur: ita ipſis actiõibus aut ꝑ banda fiunt: aut reprehendenda. propterea in huiuſmodi oĩum rerum generibus patri parendum eſſe cenſent: ueluti ſi uxorem ducere imperet: aut cauſas pro reis dicere quod enim utrunq; in genere ipſo: per ſeſe neq; honeſtum: neq; turpe eſt: iccirco ſi pater iubeat obſequendum eſt. Quid enim ſi imperet uxorem dicere infamem propudioſam criminoſam? Aut pro eo Catilina aliquo: aut. C. Bibulo: aut. P. Clodio cauſam dicere? non ſcilicet parendum quoniam accedẽte aliquo turpitudinis numero deſinunt eſſe per ſeſe hæc media. atq; indifferentia. Non ergo integra eſt propoſitio dicenda: aut honeſta ſunt quæ imperat pater: aut turpia. Neq; ὑγιες νομιμον διεζευγμενον. ideſt ſanum legitimum diſiunctum uideri poteſt. deeſt enim diſiunctioni iſti tertium: aut neq; honeſta ſunt: neq; turpia. quod ſi additur. poteſt ita concludi: nonnunq̃ eſt igitur patri parendum.

¶ Qd paꝛ æq̃ reꝑhẽſio epicuria plutarcho pacta ſit ĩ ſyllogiſmi diſciplina. Ca. viij.

Lutarchus ſecũdo libroꝛ quos de Homero cõpoſuit impfecte atq; prępo
p ſtere. atq; inſcite ſyllogiſmo eẽ uſum Epicuꝛ dicit. Verbaq; ipſa epicuri ponit οθανατος ουδενωρος ημας το γαρ διαλυθεν αναισθητει: το δε αναισθητουν ου δενωρος ημας. i. mors nihil ad nos: Nam diſſolutũ nõ ſentit: qd aũt nõ ſentit nihil ad nos. Nã prætermiſit inqt ꝑ in prima pte ſumere debuit ο τãνα τος ψυχης και σωματος διαλυσις. i. mors animæ & corporis diſſolutio. Tũ deinde eodẽ ipſo: qd omiſerat q̃ſi poſito cõceſſeq; ad cõfirmãdũ aliud utiq; ꝑgredi ãt hic inqt ſyllogiſmus niſi illo prius poſito non põt uere hoc qdẽ Plutar. de forma & ordine ſyllogiſmi ſcripſit: Nã ſi ut in diſciplinis tradit: ita colligere & ratiocinari uelis ſic dici oportet: ὁταν ἀ τος ψυχης και σωματος διαλυσις: το δε διαλυθεν αναισθητει το δε αναισθητουν ου δενωρος ημας. i. mors animæ corporiſq; eſt diſſo- Mors

lucio:diſſolutum autem non ſentit.quod uero nō ſentit:nihil ad nos. Sed Epicurus cuiuſmodi homo eſt non inſcitia uidetur partem illam ſyllogiſmi prætermiſiſſe. Ne q̄ id ei negocium fuit ſyllogiſmum tanq̄ in ſcholis philoſophorum cum numeris omnibus:& cum ſuis finibus dicere.Enim profecto quia ſeparatio animæ & corporis in morte euidens eſt:non eſt ratus neceſſaria eſſe:eius admonitiōem:quod omnib9 prſus erat obuium:ſicuti etiam q̄ concluſionem ſyllogiſmi non ī fine poſuit:ſed in principio.Nam id quoq̄ non imperite factum quis non uidet? Apud Platonem quoque multis ī locis repias ſyllogiſmos repudiato conciſoq̄ ordine iſto qui in docendo traditur.cū eleganti quadam repræhenſionis contentione poſitos eſſe.

¶Quod idē Plutar.euidēti calūnia uerbū ab Epicuro dictū īſectatus ſit. Cap.ix.

I N eodē libro idē Plutarchus eūdē epicur̄ reprehēdit q̄ uerbo uſus ſit parū ꝓprio & alienæ ſignificatiōis.Ita.n.ſcripſit Epicur9.ὁροϛ τοῦ μεγεθους τῶν ἡδονῶν.ἡ πάντοϛ τοῦ ἀλγοῦντοϛ ὑπεξαίρεσιϛ.i.definitio magnitudinis uoluptatū:oīs doloris Sublatio.Non inq̄t πάντοϛ τοῦ ἀλγοῦντοϛ.i. oīs dolētis ſed πάντοϛ τοῦ ἀλγεινοῦ.i.oīs rei anxiæ:& triſtis dicere oportuit Detractio.n.ſignificāda eſt doloris inquit:nō dolētis.Nimis minute ac ꝓpe etiā ſub frigide plutarchus in epicuro accuſando λεξειϛθρεί:ideſt dictiones rimat̄:has.n.curas uocū uerborūq̄ elegantias:non modo non ſectat̄ epicurus:ſed etiam infectatur.

¶Quid ſint fauiſſæ capitolinæ:& quid ſuper eo uerbo.M.Varro Ser.ſulpitio quærenti reſcripſerit. Cap.x.

E Ruius Sulpitius iuris ciuilis auctor:uir bñ litteratus ſcripſit ad.M. Varronem:rogauitq̄ ut reſcriberet quid ſignificaret uerbū quod ī cenſoriis libris ſcriptū eſſet.Id erat uerbum fauiſſæ capitolinæ.Varro reſcripſit:ī memoria ſibi eſſe:q̄.Q.Catullus curator reſtituendi capitolii dixiſſet:uoluiſſe ſe aream capitolinam deprimere:ut pluribus gradibus ī eandem cōſcenderetur. Suggeſtuſq̄ faſtigii magnitudine altior fieret:ſed facere id non q̄ſſe:qm̄ fauiſſæ impediſſent. Id eē cellas quoſdam & ciſternas quæ ī area ſub terra eſſent:ubi reponi ſolerent ſigna uetera:quæ ex eo templo collapſa eſſent:& alia q̄dam religioſe donariis oſecrata. At dein de eadem epiſtola negat q̄dem ſe in litteris inueniſſe:cur fauiſſæ dictæ ſint. Sed.Q. Valerium Soranum ſolitum dicere ait.quos theſauros græco nomine appellarem9: priſcos latinos flauiſſas dixiſſe:q̄ in eas non rude æs:argētūq̄:ſed flata ſignataq̄ pecunia conderetur.Coniectare igitur ſe detractam eſſe:ex eo uerbo ſecūdam litteram & fauiſſas eſſe dictas cellas quaſdam & ſpecus:quibus æditui capitolini uterentur ad cuſtodiendas res ueteres religioſas.

fauiſſæ capitolinę

theſaurus Flauiſſas

¶De Sicinio dentato egregio bellatore multa memoratu digna. Cap.xi.

V Cium Sicinium dentatum:qui trib.ple.fuit.Sp.Tarpeio.Au.Thermo conſulibus:ſcriptum eſt ī libris annalium:plus q̄ credi debeat: ſtrenuum bellatorem fuiſſe.Nomenq̄ ei factum ob ingentem fortitudinem:appellatumq̄ eſſe Achillem romanum.Is pugnaſſe in hoſtem dicitur centum &.xx.prœliis Cicatricem auerſam nullam:aduerſas quinque.&.xl.tuliſſe.Coronis eſſe donat9 aureis octo.Obſidionali una.Muralib9 tribus.Ciuicis.xiiii.Toquib9tribus &.lxxx. Armillis plus centum.Ix.Hoſtis duodeuiginti.Phaleris item donatus eſt quinquies uicieſq̄ populi militaria habuit multiiuga:in his prouocatoria pleraque:Triumphauit cum imperatoribus ſuis triumphos nouem.

Sicini dentatus Achilles romanus

¶Considerata perpensaq; & quædã Solonis speciẽ habens priorẽ iniquæ iniustæq; legis: sed ad usum & emolumentum salubritatis penitus repertam. Cap.xij.

i N legibus Solinus illis antiquissimis q̃ Athenis axibus ligneis incisæ sũt: quisq; latas ab eo Athenienses: ut sempiternæ manerent: pœnis & religionibus sanxerunt: legem esse Aristoteles refert scriptam ad hanc sententiam. Si ob discordiam dissensionemq; seditio atq; discessio populi in duas partes fieret: & ob eam causam irritatis animis utrinq; arma caperẽtur: pugnaretur q; : tum qui in eo tempore: in eoq; casu ciuili discordiæ: non alterutra parte sese adiunxerit: sed solitari⁹ seperatusq; a cõmuni malo ciuitatis secesserit: is domo patria: fortunisq; omnibus careto: exul extorrisq; esto. Quũ hanc legem Solonis singulari sapientia præditi legisse mus: tenuit nos grauis quædam in principio admiratio: requirentes qua ob causam dignos esse pœna existimarit: qui se procul a seditiõe & ciuili pugna remouissent. Tũ qui penitus atq; alte usum ac sniam legis introspexerat: non ad augendam sed ad definendam seditionem legem hanc esse dicebat & res prorsum se sic habet. Nam si boni homines qui in principio cohercendæ seditionis impares fuerint: populumq; parcitum & amẽtem non deterruerint: ad alterutram partem diuisi sese adiunxerint: tum eueniret: ut quum socii partis seorsum utriusq; fuerint eoq; partes ab hijs: ut maioris auctoritatis uiris: tẽperari ac regi cœperint: concordia per eos potissimũ restitui: conciliariq; possit: dum & suos: apud quos sunt regunt: atq; mitificant: & aduersarios seruatos magis cupiũt: q̃ perditos. Hoc idẽ Phauorinus philosophus iter fratres quoq; aut amicos discedentis oportere fieri censebat: ut qui in medio sunt utriusq; partis beniuoli: sic in concordia admittẽda parẽ auctoritatis: quasi ambigui amici habuerint: tum alter in alteram partem discedat. Ac per id meritum uiam sibi ad utriusq; cõcordiam muniant. Nunc autem pleraq; inquit partis utriusq; amici quæ si probe faciãt: duo litigantes destituunt: & reliquunt. deduntq; eos aduocatis maliuolis aut auaris: qui lites animasq; eorẽ inflamment: aut odii studio: aut lucri. Solonis legis sensus

¶Liberos in multitudinis numero ẽt unũ filiũ filiãue ueteres dixisse. Cap.xiij.

a Ntiq oratores: historiæq;: aut carminũ scriptores ẽt unum filiũ: filiamue: liberos multitudinis numero appellarũt. Id quoq; nos quũ in complurib̃ ueterẽ libris scriptum aliquoties aduerteremus: nunc quoq; in libr. Sempronii Asellionis rerum gestarũ quinto ita positũ esse ostendimus. Is Asellio sub. P. Scipione Africano tri. militum ad numãtiam fuit. Resq; eas: quibus gerendis ipse interfuit. conscripsit. Eius uerba de Tib. Graccho tri. ple. quo in tpe interfectus in capitolio est. hęc sunt. Nam Gracchus domo quum proficisceret. nunq̃ minus terna. aut quaterna milia hominum sequebant. Atq; inde infra de eodem Graccho ita scripsit. Orare cœpit ut se defenderent. liberosq; suos. eum quem uirilis sexus tum in eodem tempore habebat produci iussit. populoq; cõmendauit prope flens. Liberi

¶Quod. M. Cato in libro qui inscriptus est contra Tib. exulẽ stitisses uadimonium per litteram dicit. non stitisses. Eiusq; uerbi ratio reddita. Cap.xiiij.

i N libro uctere. M. Ciceronis. qui inscribit contra tiberiũ exulem scriptum quidẽ sic erat. Quid si uadimoniũ capite obuoluto stitisses? Recte ille stitisses scripsit: Sed falsi & audaces emẽdatores. e scripto per libros stitisses fecerũt tanq̃ stitisses uanum. & nihil uerbũ esset. quin potiꝰ ipsi neq̃ & nihil sunt. qui ignorant stitisses dictum a Catone. quoniam sisteretur uadimonium non staretur. Stitisses

¶Quod antiquitus ætati ſenectæ potiſſimum habiti ſint ampli honores: & cur poſtea ad maritos & patres iidem iſti honores delati ſint: atq; ibi quædam de capite legis iuliæ.viii. Cap.xv.

ceſit. Ad hoc ritus quoq; & mox auſpicandi eãdem eſſe obſeruationem docet. Nam magiſtratus quando una die eis eſt auſpicandum: & id ſuper quo auſpicauerunt agẽ dum poſt mediam noctem auſpicãtur: & poſt meridiem ſole magno. Auſpicati eſſe & ægiſſe ex eodẽ die dicuntur. Præterea tribuni plæbei: quos nullum diem abeſſe Roma licet: cum poſt mediam noctem proficiſcuntur: & poſt primam faciem ante mediam ſequentem reuertuntur non dicuntur abfuiſſe unum diem: quãdo ante horam noctis. vi. regreſſi: parte aliqua illius in urbe Roma ſunt. Q. quoq; Mutium iuriſcõſultum dicere ſolitum legi: non eſſe uſurpatam mulierẽ calẽdis Ianuariis: quæ apud uirũ cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet: ante diem. iiii. calendas Ianuarias ſequentis uſurpatam eſſet. Non enim poſſe impleri trinoctium: quod abeſſe a uiro uſurpandi cauſa ex. xii. tabulis deberet: quoniam tertiæ noctis poſterioris ſex horæ alterius anni eſſent: qui inciperet ex calendis. Iſtæc autem omnia de dieꝝ temporibus & finibus ad obſeruationem diſciplinãq; iuris antiqui pertinentia: quũ in libris ueteꝝ inuenerimus non dubitabamus. quin Virgiliiq; quoq; idipſum oſtenderit: non expoſite: atq; apte: ſed ut hoiem decuit poeticas res agentẽ recondita & quaſi operta ueteris iuris ſignificatione. Torquet inquit medios nox humida curſus. Et me ſcæuus equis oriens afflauit anhelis. His. n. uerſibus obliq; ſicuti dixi: admonere uoluit diem: quem Romani ciuilem appellauerunt: a. vj. noctis hora oriri.

¶ De noſcendis explorandiſq; Plauti comœdiis quoniam promiſcue ueræ atq; falſæ nomine eius inſcriptæ feruntur. Atque inibi q; Plautus in priſtino: & Neuius in carcere fabulas ſcriptitarunt. Cap. iij.

u Erum eſſe cõperior: quod quoſdã bene litteratos hoies dicere audiui: quipleraſq; plauti comœdias curioſe: atq; contente lectitarũt: non inducibus Helii: nec Claudii: nec Aurelii: nec Accii: nec Manilii. ſup his fabulis: quæ dicunt ambiguæ: credituros: ſed ipſi plauto moribuſq; ingenii: atq; linguæ eius. Hęc enim iudicii norma Varronẽ quoq; eſſe uſum uidemus. Nã prẽter illas unam &. xx. quæ uarronianæ uocãtur quas iccirco a cæteris ſegregauit: qm̃ dubioſæ non erant: ſed conſenſu oĩum plauti eſſe cẽſebantur: quaſdã item alias probauit adductus ſtilo atq; facetia ſermonis Plauto congruentis. Eaſq; iam noibus alioꝝ occupatas. Plauto uin dicauit. Sicuti iſtam quam nuperrime legebamus cui eſt nomen boetia: nam quũ in illis una: &. xx. non ſit: & eſſe aquilii dicatur: nihil tñ Varro dubitauit quin Plauti foret: neq; alius quiſquam nõ infrequens Plauti lector dubitauerit: ſi uel hos ſolos uerſus ex ea fabula cognouerit: qui qm̃ ſunt: ut de illius plauti more dicam plautiniſſimi propterea & meminimus eos: & aſcripſimus. Paraſitus ibi exuriens hæc dicit.

plautus

Boetia comœdia

Vt illum dii perdant: primus qui horas repperit.
Quiq; adeo primus ſtatuit hic ſolarium.
Qui mihi conuenit miſero articulatim diem.
Nam me puero uetus erat ſolarium.
Multo omnium iſtorum optimum: & ueriſſimum.
Vbi ubi iſte mouebat eſſe. niſi cum nihil erat.
Nunc etiam quod eſt. non eſtur. niſi cum ſoli iubet.
Itaq; adeo iam oppletur oppidum ſolariis.
Maior pars populi aridi reptant fame:

Phauorinus quoq; noſter, quũ Neruulariã plauti legerem: q̃ inter incertas eſt habi-

Neruularia.

ta: & audiſſet ex ea comœdia uerſum hunc. Stratæ ſcruppæ de ſtrato uluæ ſordidæ: Delectatus faceta uerbor̃ antiquitate meretricum uitia: atq; deformitates ſignificantium: uel unus hercle inquit hic uerſus Plauti eſſe hanc fabulam ſatis poteſt fidei feciſſe. Nos quoq; ipſi nuperrime: cum legeremus fretum: nomẽ eſt id comœdiæ: quã Plauti eſſe quidam non putant: haud quicq̃ dubitamus: quin Plauti foret: & omniũ maxime genuina. Ex qua duos hos uerſus exſcripſimus: ut hiſtoriã quæreremus oraculi arietini: Nunc illud: eſt quod Arietini reſponſum magnis ludis dicitur. Peribo ſi non fecero. Si faxo: uapulabo. M. autem Varro in libris de comœdiis plautinis primo actu uerba hæc ponit. Namne gemini: nec leones: nec cordiolum: nec anus plauti: nec bis compreſſa: nec boetia unq̃ fuit. Neq; adeo αγροικος: neq; commorientes: ſed. M. Accutici. In eodem libro. M. Varronis id quoq; ſcriptum eſt: Plautium fuiſſe quempiam poetam comœdiarum. Cuius qm̃ fabulæ plauti inſcripte forent: acceptas eſſe: quaſi plautinas quum eſſent: non a plauto plautinæ: ſed a plautio plautinane. Feruntur aũt ſub Plauti nomine comœdiæ circiter: centum atq; xxx. Sed hõ eruditiſſimus Læuius quinq; &. xx. eſſe eius ſolas exiſtimauit. Non tñ dubium eſt: quin iſta: & quæ ſcripta a Plauto non uident̃: & nomini eius adiiciuntur: uetervm poetarum fuerint: & ab eo retractatæ & expolitæ ſint. Ac propterea recipiãt dictũ plautinum. Sed. n. Saturionem: & Addictum: & tertiam quandam: cuius nunc mihi nomẽ non ſuppetit. in priſtino eum ſcripſiſſe Varro: & plæriq; alii memoriæ tradiderunt cũ pecunia omni quam in operis artificium ſcænicor̃ pepererat: in mercationibus perdita inops Romam rediſſet: & ob quærendum uictum ad circũagendas molas: quæ truſatiles appellantur: operam piſtori locaſſet. Sicuti de neuio quoq; accepim⁹ fabulas eum in carcere duas ſcripſiſſe Laureolum & Leontem: cum ob aſſiduam maledicentiam: & probra in principes ciuitatis: de græcor̃ poetar̃ more dicta: in uincula Romæ a triũuiris conjectus eſſet: Vnde poſt a tri. ple. exẽptus eſt: cũ iis quas ſupra dixi fabulis: delicta ſua & petulantias dictor̃ quibus multos ante læſerat: diluiſſet.

Fretũ comœdia

plautius poeta

Molę trufatiles Neuius

¶Quod. P. Africano: & aliis nunc uiris nobilibus ante ętatem ſenectam barbam: & genas radere. patrii moris fuit. Cap. iiij.

Radẽdi barba mos

Nlibris: quos de uita. P. Scipionis Africani compoſitos legimus ſcriptũ animaduertimus. P. Scipioni Pauli filio. poſtq̃ de pœnis triumphauerat: cenſorq; fuerat: eidem diem dictum ad populũ a Claudio Aſellio tri. ple. cui equum in cenſura ademerat: Eumq; cum eſſet reus: neq; barbam deſiſſe radi: neq; non candida ueſte uti: neq; fuiſſe cultu ſolito reorum. Sed quum in eo tempore. Scipionem minorem. xl. annor̃ fuiſſe conſtaret: quod de barba raſa ita ſcriptum eẽt mirabamur: Comperimus autem cæteros quoq; in iiſdem tẽporibus nobiles uiros: barbam in eiuſmodi ætate raſitauiſſe. Iccircoq; pleraq; imagines ueterum: non admodũ ſenum: ſed in medio ætatis ita factas uidemus.

Archeſilai uerbũ

¶Delitiarum uitium: & molicies oculorum: & corporis: ab Archeſilao philoſopho cuidam obbrobrata acerbe ſimul & feſtiuiter. Cap. v.

Lutarchus refert Archeſilaum philoſophum uehementi uerbo uſum eſſe: de quodam nimis delicato diuite: qui incorruptus tamen & caſtus perinteger dicebatur: Nam quum uocem eius infractum: capillumq; arte compoſitum & oculos ludibundus atq; illecebræ uoluptatiſq; plenos uideret nihil intereſt inquit: quibus membris cinædi ũtis poſterioribus: an prioribus.

¶De ui atq; natura palmæ arboris qđ lignũ ex ea põderibus ĩpositis renitat. Ca. vj.

Erhercle rem mirandam Aristo. in. vij. problematum: & Plutarc. in viij. symphoſicorum ſcribit. Si ſuper palmæ inquit arboris lignũ magna pon Palmæ
dera imponas ac tam grauiter urgeas: oneri eſq; ut magnitudo honoris ſu Natura
ſtineri non queat: non deorſum palma cadit: nec intra flectitur: ſed aduerſus põdus reſurgit: & rurſum nititur recuruaturq;. Propterea inquit Plutarchus in certaminib9 palmam ſignum eſſe placuit victoriæ: quoniam ingenium eiuſmodi ligni eſt: ut urgentibus prementibuſq; non cedat.

¶Hiſtoria ex annalibus ſumpta. de. Q. Cedio tri. militũ. uerbaq; ex originibus. M. Catonis appoſita: qbus cedittii uirtutem cũ Spartano leonida æqparat. Cap. vii.

Vlchrum dii boni facinus: græcarumq; facundiaꝫ magniloquentia con-
p digniũ. M. Cato in libris originum de. Q. Ceditio trib. militum ſcriptũ reliquit. Id profecto eſt ad hanc ferme ſniam. Imperator pœnus in terra ſicilia bello carthaginẽſi primo: obuiam romano exercitui progreditur: colles locoſq; idoneos prior occupat. Milites Romani: uti res narrata eſt. in locum inſinuant fraudi & perniciei obnoxium. Tribunus ad conſulem uenit. Oſtendit exitum de loci importunitate: & hoſtium circũſtantia. Matuꝫ cenſeo inquit: ſi rem ſeruare uis: faciun Veruca
dum: ut. cccc. aliquos milites ad uerucã illam (ſic enim. M. Cato locũ editum: aſperumq; appellat.) ire iubeas. Eamq; uti occupent: imperes horteriſq;: hoſtes pfecto ubi id uiderint: fortiſſimus quiſq; & promptiſſimus: ad occurſandũ pugnandũq; in eos preuertentur: unoq; illo negocio ſeſe alligabunt: atq; illi omnes. cccc. pculdubio obtrũcabuntur. Tu interea occupatis in ea cæde hoſtibus: tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis. Alia: niſi hæc ſalutis uia nulla eſt: conſul tribuno reſpondit: conſilium quidem fidum: atq; prouidens ſibi uideri. Sed iſtos inquit milites. cccc. ad eum locum in hoſtium cuneos quiſnam erit: qui ducat? Si alium inquit tribun9: neminem reperis: me licet ad hoc periculum utare. Ego hanc tibi: & reip. animando conſul tribuno gratias laudeſq; agit. Tribunus &. cccc. ad moriendum proficiſcuntur. Hoſtes eoꝝ audaciam demirantur. Quorſum ire pergant in expectando ſunt. Sed ubi apparuit. ad eandem uerrucam occupandam iter intẽdere mittit aduerſum illos imperator carthaginenſis peditatumq; equitatum: quos in exercitu uiros habuit ſtrẽnuiſſimos. Romani milites circũueniuntur: circũuenire repugnant. fit prœliũ diu anceps. Tandem ſuperat multitudo: Quadringenti omnes tũ una peroſſi gladiis: aut miſſilibus operti cadunt. Conſul iteribi: dum ea pugna fit: ſe in locis tutos: atq; editos ſubducit. Sed quod illi tribuno duci militum. cccc. diuinitus in eo prœlio uſu uenit: non iam noſtris ſed ipſius Catonis uerbis ſubiecimus: uerba catonis: Dii immortales trib. militum fortunam ex uirtute eius dedere. Nam ita euenit: Quum ſaucius multifariam ibi factus eſſet: tum nullus capiti nullũ euenit. Eumq; iter mortuos defatigatum uulneribus: atq; ſpirantem quod ſanguem deflaxerat. cognouere: eum ſuſtulere. Iſq; conuolauit. Sæpeq; poſt illam operam reip. fortem: atq; ſtrenuã perhibuit. Illoq; facto: quod illos milites ſubduxit. exercitum cęterum ſeruauit: Sed idem benefactum in quo loco ponas. nimium intereſt. Leonides Lacedęmonius lau Leonides
datur: qui ſimile apud Thermophylas fecit. Propter eius uirtutes omnis græcia gloriam atq; gratiam præcipuam claritudinis inclyriſſimæ decorauere monumentis ſignis ſtatuis. elogiis hiſtoriis. Aliiſq; rebus gratiſſimũ id eius factum habuere. At tri

buno militum parua laus pro factis relicta: qui idem faceret. atq; rempublicam seruauerat. Hanc. Q. Ceditii uirtutem. M. Cato tali suo testimonio decurauit. Claudius autem Quadrigarius annali. iii. nō Ceditio nomen fuisse refert: sed Laberio.

¶ Litteræ eximiæ consulum. C. Fabricii: & Aemilii ad regem pyrrhum a Quito claudio. scriptore historiarum in memoriam datæ. Cap. viii.

Pyrrus thimochares

Vum Pyrrhus rex in terra Italia esset & unam atq; alteram pugnam pspere pugnasset: satisq; angerent Romani: & pleraq; Italia ad regem desciuisset: tum ambracienſis qspiā Thimochares Regis pyrrhi amicus ad. C. Fabriciū cōsulē furti uenit: ac premiū petiuit: & si de premio cōueniret: pmisit Regem uenenis necare Id q̄ facile factum esse dixit: qm̄ filii sui pocula in conuiuio regi ministrarent. Eam rem fabritius ad senatum scripsit: senatus legatos ad regem misit: Mā dauit ut de Thimochare nihil pderent: sed moneret uti res: circūspectius agerent: at q; a pximorum īsidiis salutem tutaretur: hoc ita uti diximus: i Valerii Antiatis historia scriptū est. Quadrigarius aūt in libro. iii non Thimocarē: sed Niciā adisse ad consulē scripsit. Neq; legatos a senatu missos: sed a cōsulibus. Et regē a populo romano laudes atq; gras scripsisse: captiuosq; ois: quos tum habuerit: restituisse & reddidisse. Cōsules tū fuerūt. C. Fabricius: & Aemilius. Litteras quas ad regē Pyrrhū sup ea cā miserunt: Clau. Quadrigarius scripsit fuisse hoc exēplo. Consules Romani salutē dicunt Pyrrho regi. Nos p tuis iniuriis continuo animo strenui cōmoti inimiciciter tecum bellare studemus. Sed cōmunis exēpli & fidei ergo uisum est: uti te saluum uelimus: ut esset quē armis uincere possimus. Ad nos uenit Nicias familiaris tuus: q si bi præcium a nobis petere si te clam interficisset. Is nos negauimus uelle. Neue ob eā rem quicq̄ commodi expectaret: & simul uisum est ut te certiorem faciemus: ne qd eiusmodi si accidisset nostro consilio ciuitates putarent factū: & quod nobis non placet præcio: aut prēmio: aut dolis pugnare: Tu nisi caueas iacebis.

Fabricius

Nicias

¶ Quis & cuiusmodi fuerit q in puerbio fertur equus seianus: & qualis color equorum sit: qui spadices uocantur. Deq; istius uocabuli ratione. Cap. ix.

Equi Diomedis Equus seianus

Assus in cōmentariis suis: itē Iulius modestus in secundo q̄stionū confusarum historiam de equo seiano tradūt: dignam memoria: atq; admiratōe.

b

Cn. Seium quempiam scribunt fuisse. Eumq; habuisse equum natum argis in terra græcia de quo fama cōstans esset tanq̄ de genere equorū pgenitus foret: qui diomedis thracis fuissent: quos Hercules diomede occiso e Thracia argos perduxisset. Eum quum dicunt fuisse magnitudine inusitata: ceruice ardua: colore Phœniceo: flaua & comanti iuba: Omnibusq; aliis equorum laudibus quoq; longe prēstitisse. Sed eundem equum tali fuisse fato: siue fortuna ferūt. aut quisquis haberet eū: possideretq;: is cum omni domo: familia fortunisq; omnibus suis ad internitionem usq; deperiret. Itaq; primum illum. Cn. Seium dominum eius. M. Antonio qui postea triumuir reip. constituendæ fuit: capitis damnatum miserando simplici affectū esse. Eodem tempore Cor. Dolobellam consulem in Syriam proficiscentem fama istius equi adductum argos deuertisse. Cupidineq; habendi eius exarsisse. Emisseque sestertiis centum milibus. Sed ipsum quoq; Dolobellam in Syria bello ciuili obsessum atque interfectum esse. Mox eundem equum. qui Dolobellæ fuerat. C. cassium qui Dolobellā obsederat: abduxisse. Quū Cassiū postea satis notū ē uictis Parthis: fusoq; exercitu suo: miserā morte oppetisse: Deinde Antoniū post interitū Cassi par

a uictoria: equum illum nobilem cassi requisisse: & cum eo potius esset: ipsum quoq; postea uictum: atq; desertum: detestabili exitio interisse. Hinc prouerbium de hominibus calamitosis ortum. diciq; solitum. Ille homo habet equum seianum. Eadē sententia est illius quoq; ueteris prouerbii: quod ita dictum accepimus. Aurum tolosanum. Nam quum oppidum tolosanum in terra Italia. Q. Cepio consul diripuisset: multumq; auri in eius oppidi templis fuisset: quisquis ex ea direptiōe aurum attigit: misero cruciabiliq; exitu periit. Hunc equum. C. Bassus uidisse se argis refert: aut credibili pulchritudine: uigoreq;: & calore exuperantissimo. Quem colorem nos (sicuti dixi) puniceum: græci partim φοινικα: alii σπαδικα appellāt: quoniam palmę termes ex arbore cum fructu auulsus spadix dicitur.

Aurum tolosanū

Puniceus color

Spadix

¶ Quod est quædam septenarii numeri uis & facultas: in multis naturæ rebus aiaduersa: de. M. Varro. in hebdomadibus differit copiose. Cap. x.

Septenarius numerus uergilie Pleiades Et rōnes zodiacus

Arro in primo libro: qui inscribunt hebdomades: uel de imaginibus septenarii numeri: quem Græci hebdomada appellāt: uirtutes: potestatesq; multas: uariasq; dicit. Is namq; numerus inquit: septentriōes maiores: minoresq; facit in cælo. Item uirgilias: quas græci πλειαδας uocant. Facit etiā stellas: quas alii erraticas. P. Nigidius errones appellat. Circulos quoq; ait in cælo: circū longitudinem axis septē esse: equis duos minimos: qui axem extimū tangunt: πολους .i. axes appellari dicit. Sed eos in spæra quę κρικωτη .i. spera pertusa uocatur propter breuitatem nō inesse: At qui neq; ipse zodiacus septenario careat numero: Nā in septimo signo fit solsticiū a bruma. In septimo bruma a solsticio. In septimo æquinoctiū ab æquinoctio: Dies deinde illos qbus halcyones hyeme anni in aqua nidulant: eos quoq; septē esse dicit. Præterea scripsit lunæ curriculum cōficī integrū quater septenis diebus. Nā duodetricesimo luna īquit: ex quo uestigio pfecta est: eodē redit. Auctoremq; opinionis huius Aristidē esse samiū: in qua re non id solū aiaduerti debere dicit: quod quater septenis. i. octo & uiginti diebus cōficeret iter luna suū. Sed q̄ is numerus septenarius: si ab uno pfectus: dū ad semetipsum pgreditur: oīs p quos progressus est: numeros cōprehēdat: ipsumq; se addat: facit numerū octo &. xx. quot dies sunt curriculi lunaris. Ad hoīes quoq; nascēdos uim numeri istius porrigi: ptinere q̄ ait. Nam quū in uterū inquit mulieris genitale semen datū est: primis septē diebus cōglobatur coagulatorq;. Fitq; ad capiendā figurā idoneū. Post deinde quarta hebdomade: quod eius uirile fœtus futurū est. caput & spina: quæ est in dorso informat. Septima aūt fere hebdomade. i. nono &. xl. die totus inquit hō in utero absoluit. Illā quoq; uim numeri huius obseruatā refert: q̄ ante mēsem septimum: neq; masculus: neq; fœmina salubriter ac pm naturam nasci pōt: & q̄ ii: qui iustissime in utero sunt: post. cclxxx. dies: postq̄ sunt cōcepti: quadragesima deniq; hebdomade ita nascunt. Pericula quoq; uitæ fortunarumq; hoīum: quæ climateras Chaldæi: appellant: grauissima quæq; fieri affirmat septenariis. Præter hæc modū esse dicit summum adolescendi humani corporis septē pedes: quod esse magis uerū arbitramur. q̄ quod Herodotus homo fabulator in primo historiarum inuētum esse sub terra scripsit. Orestī corpus cubita longitudinis habens septem. quæ faciunt pedes duodecim & quadrātem. Nisi si (ut Homerus opinatus est) uastiora. prolixioraque fuerint corpora hominum antiquorum. & nunc quasi iam mundo senescente iterum atque hominum detrimenta sunt. Dētes quoque & in primis septem mensibus. & septenos ex utraq;

climate

Herodotus fabulator

parte gigni ait: & cadere ānis ſeptenis: & genuinos annaſci annis fere bis ſeptenis. Venas etiam in hominibus uel potius arterias: medicos muſicos dicere ait: numero mo ueri ſeptenario: quod ipſi appellant ΤΗΝ ΔΙΑΤΕΣΣΑΡΩΝ ΣΥΜΦΩΝΙΑΝ ideſt per quaternarium conſonantiam: quæ fit collatione quaternarii numeri. Diſcrimina etiā periculorum in morbis maiore ui fieri putant in diebus: qui conficiūtur ex numero ſeptenarii. Eoſq; dies omnium maxime ita ut medici appellāt: ΚΡΙΤΙΚΟΥΣ ΗΚΡΙΣΗΜΟΥΣ: ideſt iudiciarios uel iudiciales cuiq; uideri primam hebdomadam: & ſecundam & tertiam. Necnon id etiam eſt ad uim facultateſq; eius numeri augendas: ꝙ quibus inedia mori conſilium eſt: ſeptimo demum die mortem opetunt. Hæc Varro de numero ſeptenario ſcripſit admodum conquiſite. Sed alia quoq; ibidem congerit frigidiuſcula. Veluti ſeptem opera eſſe in orbe terrarum miranda: & ſapiētes item ueteres ſeptem fuiſſe: & curicula ludorum circenſium ſolemnia ſeptem eſſe: ad pugnandas thebas duces ſeptem delectos. Tum ibi addit ſe quoq; iam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe: & ad eum diem ſeptuaginta hebdomadas librorum conſcripſiſſe. Ex quibus aliquandiu quum proſcriptis eſſet: direptis bibliothecis ſuis non comparuiſſe.

Varro ſcripſit libros conquiſite

¶ Quibus & q̄ friuolis argumentis Actius in didaſcalicis utatur: quibus docere nititur Heſiodum eſſe: q̄ Homerum natu antiquiorem. Cap. xj.

Homer⁹ Heſioduſ

Vper ætate Homeri atq; Heſiodi non cōſentitur. Alii Homerꝝ: q̄ Heſiodum maiorem natu fuiſſe ſcripſerunt. In quibus Philochorus & Zenophanes. Alii minorē inquis. L. Actius poeta: & Ephorus hiſtoriæ ſcriptor. M. aūt Varro in primo de imaginibus: uter prior natus ſit: paꝝ conſtare dicit: Sed non eſſe dubium quin aliquo tempore eodem uixerint: idq; ex epigrāmate oſtendit: quod in tripode ſcriptum eſt: q̄ in monte helicone ab Heſiodo politus traditur. Actius autē in primo didaſcalico leuibus admodum argumentis utitur: per quem oſtendit Heſiodum natu priorem. Quod Homerus inquit: quum in principio carminis Achillē eſſe filium Pelei diceret: quis eſſet Peleus non addidit. Quam rem procul inquit dubio dixiſſet: niſi ab Heſiodo iam dictum uideretur. De cyclope itidem inquit uel maxime ꝙ unoculus fuit: rem tam inſignem non præteriſſet niſi æque prioris Heſiodi carminibus uulgatum eſſet. De patria quoq; Homeri multo maxime diſceſſum eſt. Alii colophonium: alii ſmyrnæum: ſunt qui Athenienſem: ſunt ægyptium dicat fuiſſe. Ariſtoteles tradit ex inſula Ionatum. M. Varro in libro de imaginib⁹ primo Homeri imagini hoc epigramma appoſuit.

Capella Homeri candida hoc tumulum indicat
Quod ariete mortuo faciunt ſacra.
ΕΠΤΑΠΟΛΕΙΣ ΕΠΙΖΟΥΣΙ ΠΕΡΙ ΡΙΖΑΝ ΟΜΗΡΟΥ.
ΣΜΥΡΝΑ ΡΟΔΟΣ ΚΟΛΟΦΩΝ ΣΑΛΑΜΙΝΙΟΣ ΑΡΓΟΣ ΑΘΗΝΑΙ.
Septem urbes certant de ſtirpe inſignis homeri.
Smyrna rhodus: colophon: ſaiamin: ius: argos athenæ.

¶ Largum atq; auidum bibendi a. P. Nigidio doctiſſimo uiro nouo & propemodū abſurdo uocabulo biboſum dictum. Cap. xij.

Bíbax Biboſus

Ibendi auidum. P. Nigidius in cōmentariis grāmaticis bibacē & biboſum dici Bibacē ego: ut edacē a pleriſq; aliis dictū lego. Biboſum dictū ēt nuſq̄ repperi: niſi apud Laberium. Neq; aliud eſt: ꝙ ſimili inclinatu dicat. Non.n. ſimile

enim ſimile eſt: ut uinoſus: aut uitioſus: cæteraq; quę hoc modo dicuntur: qm̃ a uocalibus non a uerbo inclinata ſunt. Laberius in mimo uel primo: qui ſalinator inſcriptus eſt: uerbo hoc ita utitur. Non mammoſa: non annoſa: non biboſa: non procax.

¶Quod Demoſthenes etiam tum adoleſcens quum Platōis philoſophi diſcipulus foret: audito forte Calliſtrato rhetore in concione populi: deſtitit a Platone: & ſectatus eſt Calliſtratum.

Cap. xiii.

Ermippus hoc ſcriptum reliquit. Demoſthenem admodum adoleſcentē
h uentitare in academiam: Platonemq; audire ſolitum. Atq; is inquit Demoſthenes domo egreſſus: ut ei mos erat: quum ad Platonem pergeret: compluriſque populos currentes uideret: percontatur eius rei cauſam. Cognoſcitq; currere eos auditum Calliſtratum. Is Calliſtratus athenis orator in republi. fuit. Illi ΑΗΜΑΓΟΡΟΥΣ appellant. uiſum eſt paulum diuertere. expeririq; an ad digna auditu: tanto properatum ſtudio foret. Venit inquit: atq; audit Calliſtratum: nobilem illam. ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΟΡΟΠΟΥΙΑΙΚΗΝ. ideſt de oropo cauſam dicētem. Atq; ita motus: & demulctus: & captꝰ eſt: ut Calliſtratum iam inde ſectari cœperit: academiam cum Platone reliquerit.

¶Dimidium librum legi: aut dimidiam fabulam audiui: aliaq; huiuſcemodi: qui dicat uitioſe dicere. Eiuſq; uitii cauſas reddere. M. Varronem nec quēq; ueterum iiſce uerbis ita uſum eſſe.

Cap. xiiii.

Imidium librum legi: aut dimidiam fabulam audiui: uel quid aliud huiu Dimidiū
d ſcemodi: & male & uitioſe dici exiſtimat Varro. Oportet enim inquit dicere dimidiatum librum: non dimidium: & dimidiatam fabulam: nō dimidiam. Contra autem ſi e ſextario hemina fuſa eſt non dimidiatū ſextarium fuſum dicendū eſt. Et qui quoq; ex mille nūmum quod ei debebatur: quingentos recepit: non dimidiatū recepiſſe dicemus: ſed dimidiæ. At ſi ſcyphus inquit argenteus mihi cum alio cōis i duas partes diſiectus ſit: dimidiatū meum dicere eſſe ſcyphū debeo: non dimidium. Argenti aūt: quod in eo ſcypho ineſt: dimidiū meum eſſe non dimidiatum: diſſerit. ac diuidit ſubtiliſſime: quod dimidiū dimidiato interſit. &. Q. Ennium ſcienter hoc in annalibus dixiſſe ait. Secuti ſiquis ferat uas uini dimidiatū. Sic pars quæ deeſt a uaſe: non dimidiata dicēda eſt: ſed dimidia. Oīs autem diſputatiōis eius: quam ſubtiliter quidē: ſed ſub obſcure explicat: ſumma hæc eſt dimidiatum eſt quaſi diſmediatum: & in partis duas pares diuiſum. Dimidiatū ergo: niſi ipſum qd̃ diuiſum eſt: dici haud conuenit. Dimidium uero eſt non quod ipſum dimidiatū eſt: ſed quæ ex dimidiato pars altera eſt. quum igitur partem libri dimidiam legiſſe uolumus dicere: aut partem dimidiam fabulæ audiſſe: ſi dimidiam fabulam: aut dimidium librum dicemus: peccabimus. Totum. n. ipſum: quod dimidiatū aut diuiſum eſt: dimidium dicis. Itaq; Lucilius eadem ſecutus: uno oculo inquit pedibuſq; duobus: dimidiatus ut porcus. Et alio loco: qd ni & ſcuta quidē ut uendat: ſcutarius laudat. Perfractam ſtrigilē ſoleam improbus dimidiatam. Iam in. xx. manifeſtius dimidiam horam dicere ſtudioſe fugit. Sed pro dimidia dimidiū ponit in hiſce uerſibus.

Tempeſtate ſua: atq; eodem uno tempore: & horæ
Dimidio tribus confectis dumtaxat eandem: & quartam.
Nam quum obuium proximumq; eſſe dicere: & hora dimidia tribus confectis: uigilate: atq; attente uerbum non probum mutauit: per quod ſatis apparet ne horā qui

dem dimidiam recte dici: ſed uel dimidiatam horam: uel dimidiatam partem horę. Propterea Plautus in bacchidibus dimidium auri dicit: non dimidiatum auręi. Item in aululariа: dimidium obſoni: non dimidiatum obſonium: in hoc uerſu. Ei adeo obſonii hinc iuſſit dimidium dari: in mœnæchinis autem dimidiatum diem: non dimidium in hoc uerſu. Dies quidem iam ad umbiculum dimidiatꝰ mortuus eſt. Etiam M. Cato in libro quem de agricultura conſcripſit. ſemen cupreſſi ſerito crebrum: ita uti linum ſeri ſolet. eo crebro terram iſternito: dimidiatum digitum. Iam id bene tabula: aut pedibus: aut manibus complanato: dimidiatum inquit digitum: nō dimidium. Nam digiti quidem dimidium. digitum autem ipſum dimidiatum dici oportet. Item. M. Cato de carthaginenſibus ita ſcripſit. Homines defoderunt in terram dimidiatos. ignemq; circumpoſuerunt. ita interfecerunt. Neq; quiſq; omnium qui ꝓ be locuti ſunt his uerbis ſecus q̄ dixi uſus eſt.

¶ Extare in litteris: perq; hoīum memorias tradi: q; repēte multis mortē attulit gaudiū ingēs inſperatū: itercluſa aīa: & uim magni: nouiq; motus nō ſuſtinēte. Ca. xv.

Ognito repente inſperato gaudio expiraſſe aīam refert Ariſtoteles philoſophus Polycratam nobilē fœminam e naxo inſula. Philippides quoq; comœdiaꝝ poeta: haud ignobilis ętate iam edita: cum in certamine poetaꝝ præter ſpē uiciſſet & lætiſſime gauderet inter illud gaudium repente mortuus eſt. de rhodio etiam Diagora celebrata hiſtoria eſt. Is Diagoras tris filios adoleſcentes habuit: unum pugilē: alterum pancratiaſtē: tertium luctatorē. Eoſq; oīs uidit uincere: coronariq; eodem olympiæ die & quum ibi eū tres adoleſcētes amplexi: coronis ſuis in caput patris poſitis ſauiarent: eumq; populus gratulabūdus flores undiq; ī eum iacerent ibi in ſtadio inſpectante populo: in oculis atq; in manibus filioꝝ aīam efflauit. Præterea in noſtris annalibus ſcriptum legimus qua tempeſtate apud cannas exercitus populi romani cæſus eſt: anū matrem nuncio de more filii allato luctu atq; mœrore affectam eſſe: Sed is nuncius non uerus fuit. Atq; is adoleſcens nō diu poſt ex ea pugna in urbem redit. Anus repente filio uiſo: copia: atq; turba: & quaſi ruina incidentis inopinati gaudii oppreſſa exanimataq; eſt.

¶ Temporis uarietas in puerperiis mulieꝝ: quænam ſit a medicis & philoſophis tradita: atq; inibi poetaꝝ quoq; ueterum: ſuper eadem re opiniones. Multaq; alia audi tu: atq; memoratu digna. Verbaq; ipſa Hippocratis medici ex libro illius ſumpta: qui inſcriptus eſt ϖερὶ τοφησ. i. de alimento. Id quoq; eſſe a grauiſſimis uiris memoriæ mandatum. Cap. xvj.

T medici & philoſophi illuſtres: de tpe humani partus quæſiuerunt. ϖοσὸσ οτὸσ τῶν ἀνθρώϖων κὐησεωσ χρονῶσ. i. quātum eſt hoīum geſtationis tēpus. Et multa opinio eſt. Eaq; iam ꝓ uera recepta. Poſtq; mulieris uterus conceperit ſemen: gigni hoīem ſeptimo mēſe rarenter: nunq; octauo: ſæpe nono: ſæpenumero decimo mēſe. Eumq; eſſe hoīem gignendi ſummū finē: decem menſes nō inceptos ſed exactos. Idq; Plautū ueterē copiā dicere uidemus: in comœdia ciſtellaria: his uerbis. Tum illa quā cōpreſſerat decimo poſt menſe exacto: hic peperit filiā. Hoc idē tradit ēt Menāder poeta uetuſtior. humanaꝝ opinionum uel peritiſſimus. Verſus eius ſup ea re de fabula Plocio poſui. ϒυνηκυεῖ δεκαμηνοσ. mulier decimuſtris parit. Sed noſter Cecilius: cū faceret eodem noīe: & eiuſdē argumēti comœdiam: ac pleraq; a Menādro ſumeret: in menſibus tñ genitalibus nominandis: non

dis:non pretermisit octauum. Quem preterierat Menander. Cecilii uersus hi sunt.
Insolet ne mulier decimo mense parere?
Pol nono quoq; septimo atq; octauo.
Eam rem Cecilio non incōsiderate dixisse: neq; temere a Menandro: atq; a multorū opinionibus desciuisse. M. Varro uti credamus facit. Nā mense nōnunq̄ octauo editum esse partū in lib. xiiii. rer̄ diuinar̄ scriptum reliqt. Quo in lib. ēt. xj. mēse aliquā do nasci posse hoiem dicit. Eiusq; sniæ tam de. viij. q̄ de. xj. mēse Aristotelem laudat auctorem. Sed huius de mense. viij. dissensionis cā cognosci potest in lib. Hippocratis qui inscript⁹ est. ΠΕΡΙΤΡΟΦΗΣ de alimento. ex quo lib. uerba hæc sunt: ΕΣΙ ΔΕ ΚΑΙ ΟΥΚΕΣΙΝ ΟΚΤΑΜΗΝΟΣ ΓΕΝΗΣΙΣ. i. Est autem & non est octimestris partus. Id tā obscure: atq; præcise: tamq; aduerse dictum Sabinus medicus: qui Hippocratem commodissime cōmētatus est: his uerbis enarrauit. ΕΣΙΜΕΝ ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ ΩΣ ΖΩΑ ΜΕΤΑ ΤΟ ΝΕΚΤΡΟΣΙΝ: ΟΥΚΕΣΙ ΔΕΩΣ ΟΝΗΣ ΚΟΝΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑΥΤΑ. ΚΑΙ ΒΡΙΝΟΥΝ ΦΑΝΤΑΣΙΑΜΕΝ ΠΑΡΑΝΤΙΚΑ ΟΝΤΑ ΔΥΝΑΜΕΙ ΔΕ ΟΗΚΕΣΙ. Idest apparent quidem: ueluti aīalia post abortum: Sed nequaquā sunt: quippe quæ statim uita excedant. Itaq; esse quidē tātisper imaginant̄: sed potētia nō sunt. Antiquos aūt romāos Varro dicit nō recepisse huiu scemōi quasi mōstrosas raritates. Sed nono mense: aut decimo: neq; pręter hos alias partionem mulieris ſm naturam fieri existimasse. Iccirco eos noīa parcis tribus fecisse a pariendo: & a nono: atq; decimo mense. Nam parca inquit, imutata littera una a partu noīata. item nona & decima a partus tempestiui tpe. Cesellio aūt uindex in lectionibus suis antiquis tria inquit noīa parcarum sunt: Nona: Decima: Morta. Et uersum hunc Liuii antiquissimi poetæ ponit ex ΟΔΥΣΣΕΙΑ. i. ulyssea. Quādo dies adueniet: quem profata morta est. Sed hō minime malus Cesellius mortam quasi nomen accepit: quum accipere quasi meram deberet. Præterea ego de partu humano præterq̄ q̄ scripta in libris legi: hoc quoq; uenisse usu romæ comperi. Fœminam bonis atq; honestis moribus non ambigua pudicitia in. xi. mense post mariti mortē peperisse. Factumq; esse negocium propter rōnem tpis: quasi marito mortuo: postea concepisset: qm̄ decem uiri in decimo mense gigni hominem: nō in undecimo scripsissent. Sed diuum Hadrianū causa cognita decreuisse in. xi. quoq; mense partum edi posse. Id quoq; ipsum eius rei decretū nos legimus. In eo decreto Hadrianus ita statuere se dicit: requisitis uetер philosophor̄: & medicor̄ sentētijs. Hodie quoq; in satyra forte. M. Varronis legimus: quæ inscribitur testamentum uerba hæc. Siqs mihi filius: unus: pluresue in decem mensibus gignuntur: li: si erunt ΟΝΙΛΥΡΑΣ. i. asini ad lyram exhæredes sunto. Quod siquis undecimo mēse: ΚΑΤΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗ. i. ſm Aristotelem natus esto: Accio idē: quod Titio ius esto apud me: Per hoc uetus prouerbium Varro significat: sicuti uulgo dici solitū erat: de rebus inter se nihil distātibus. Idem Acci quod Titii: ita pari eodēq; iure esse in. x. mensibus natos: & in. xi. Quod si ita: neq; ultra decimum mēsem fœtura mulierum protolli potest: quæri oportet: cur Homerus scripserit Neptunnum dixisse puellæ a se recens compressæ.

ΧΑΙΡΕΝΥΝ ΦΙΛΟΤΗΤΙ ΠΕΡΙ ΠΛΟΜΕΝΟΝ ΔΕΝΙΑΟΤΟΥ.
ΤΕΞΕΙΣ ΑΥΛΑΑ ΤΕΚΝΑ. ΕΠΕΙ ΟΥ ΚΑΠΟΦΩΛΙΟΙ ΕΥΝΑΙ.
ΘΟΟΝΑΤΩΝ.

Nunc gaude dilecta. ast cum se euoluerit annus
Illustres. neq; enim diuum cubilia uana.

Natos nixa dabis. Id quũ ego ad compluris grãmaticos attuliſſem partim eoꝝ diſputabant: Homeri quoq; ætate: ſicuti Romuli: annum fuiſſe: nõ. xii. menſiũ: ſed. x. Alii conueniſſe Neptũno: maieſtatiq; eius dicebant: ut longiore tpe fœtus ex eo grã deſceret. Alii alia quædam nugalia. Sed Phauorinus mihi ait: ϖερι ϖλωμενον ενιαυτον. i. uoluente anno: nõ confecto eſſe anno: ſed affecto. In qua re uſus eſt uerbo non uulgariæ ſignificationis. Affecta. n. ſicuti. M. Cicero: & ueteꝝ elegãtiſſimi locuti ſunt: ea propriæ dicebant: quæ non ad finem ipſum: ſed proxime fini progreſſa deductaue erant. Hoc uerbum ad hanc ſniam Ciceronis in oratiõe fuit: quam dixit de quinciis conſularibus. Hippocrates aũt in illo libro: de quo ſupra ſcripſi: quũ & numerum dieꝝ. quibus conceptũ in utero coagulũ conformat: & tps ipſius partionis nono aut decimo menſe definiſſet: neq; id tñ ſemper eadem eſſe fini dixiſſet: ſed alias ocius fieri: alias ſerius: hiſce ad poſtremũ uerbis uſus eſt. Γινεται δε εντουτοισ και ϖλειωκαι ελαττο. και ολου. κατα μεροσ και εἰϖόμεν δε. και πλίωπλειονον. και ελαττω ελαττον. i. in hiſce uero & plura fiunt: & pauciora: & ex toto: & per partes. Dicimus ẽt plura pluribus: & pauciora paucioribus: quibus uerbis ſignificat qd̃ ali quando ocius fieret: non multo tñ fieri ocius. Neq; quod ſerius multo ſerius: Memini ego romæ accurate hoc: atq; ſolicite quæſitum: negocio rei tunc paruæ poſtulãte: an. viii. menſe infans ex utero uiuus editus: & ſtatim mortuus ius trium liberorum ſuppleuiſſet: quum abortio quibuſdã: non partus uideretur menſis octaui intempeſtiuitas. Sed qm̃ de Homerico annuo partu: ac de. xi. menſe dicimus quæ cognoueramus: uiſum eſt non prætereundum: quod in Plinii ſecũdi libro. vii. naturalis hiſtoriæ legimus. Id autem: quia extra fidem uideri poteſt: uerba ipſius Plinii poſuimus. Maſſurius auctorem. L. Papyrium prætorem ſecundo hærede lege agente bonorũ poſſeſſionem contra eum dediſſe: quum mater partum: ſe. xiii. menſibus tuliſſe diceret: qm̃ nullum certum tẽpus pariendi: ſtatutũ ei uideretur. In eodẽ lib. Plinii ſecũdi uerba hæc ſcripta ſunt. Oſcitatio in nixu lætalis eſt: ſicut ſtrenuiſſe acciẽt abortiuum.

¶ Quod tres libros Plato Philolai pythagorici: & Ariſtoteles pauculos Speuſippi philoſophi mercati ſunt. preciis fidẽ nõ capientibus. Cap. xvii.

Emoriæ mandatũ eſt Platonem philoſophum tenui admodũ pecunia fa
m miliari fuiſſe. Atq; eum tñ tris philolai Pythagorici libros decẽ milib9 denarium mercatũ. Id ei precium donaſſe quidã ſcripſerunt amicũ ei9 Dionem ſyracuſanum Ariſtotelem quoq; traditum libros pauculos Speuſippi philoſophi poſt mortẽ eius emiſſe talẽtis atticis tribus. ea ſũma fit nũmi noſtri duo &. lxx. milia. Τιμων amarulẽtus librũ maledicentiſſimũ conſcripſit q σιλλοσ Sillus iſcribitur. In eo libro Platonẽ philoſophum: quẽ dixeramus admodum tenui pecunia fa miliari fuiſſe contumelioſe appellat: q impenſo precio librũ pythagoricæ diſciplinæ emiſſet. Exq; eo Timæum nobilẽ illum dialogũ cõtinuaſſet. Verſus ſup ea re Τιμωνοσ hi ſũt. και συ πλάτων και γαρσεμα θητην οποθοσ εσχεν: πολλων δαρυῦ ριων ὀλίγεν ηλλαξ βίβλον οθεν απαρχομενοσ γραφειν εδιδαχθησ. i. tuq; Plato. Nam diſcipulum te dira cupido Abſtulit. Exiguum redimis grande ære libellum. Scribere per quem orſus: præ doctus abinde fuiſti.

¶ Quid ſint pedarii ſenatores & quam ob cauſam ita appellati. Quãq; habeant originem uerba hæc: ex edictio tranſlatitio cõſulum: Senatores: quibuſq; in ſenatu ſententiam dicere licet. Cap. xviii.

Non pauci

On pauci ſunt: qui opinantur pedarios ſenatores appellatos: qui ſenten- pedarij senatores
a tiam in ſenatu nō uerbis dicerent ſed in alienā ſnīam pedibus irent. Quid igitur quum ſe. con. per diſceſſionē fiebat: nonne uniuerſi ſenatores ſnīam pedibus ferebant? A tqui hæc ēt uocabuli iſtius ratio dicitur: quā. C. Baſſus in cōmē rariis ſuis ſcriptam reliquit. Senatores. n. dicit i ueteꝛ ætate: qui currulem magiſtra tum geſſiſſent currus ſolitos honoris gratia in curia uehi: in quo curru ſella eſſet: ſu pra quā conſiderent quę ob eam cām currulis appellaretur. Sed eos ſenatores: q ma giſtratum currulem nondū cœperant: pedibus itauiſſe in curiā. Propterea ſenatores nondū maioribus honoribus functos pedarios noīatos. M. autem Varro in ſatyra Menippea: quæ ἱππόκυων ideſt equicatella inſcripta eſt: equites quoſdā dicit peda- Equites pedarij
rios appellatos. Videturq; eos ſignificare: qui nōdum a cenſoribus in ſenatum lecti: ſenatores quidem non erant. Sed quia honoribus populi uſi quidē erant: in ſenatum ueniebant: & ſententiæ ius habebāt. Nam & currulibus magiſtratibus facti: qui nō dum a cenſoribus in ſenatum lecti erant: ſenatores non erant. Et qui i poſtremis ſcri pti erant: non rogabantur ſententias: ſed quas principes dixerant in eas deſcendebāt. Hoc ſignificabat edictum: quo nunc quoq; conſules. quum ſenatores in curiam uo cant: ſeruandæ conſuetudinis cauſa: tranſlatitio utuntur. Verba edicti hæc ſunt. Se natores quibuſq; in ſenatu ſententiā dicere licet. Verſum quoq; Labeōnis: in quo id uo cabulum poſitum eſt: notari iuſſimus: quem legimus in mimo: qui ſcriptor inſcrip- Ena pedaria
tos eſt: caput ſine lingua: pedaria ſententia eſt. hoc uocabulum a pleriſq; barbare di ci animaduertimus: nam pro pedariis pedaneos appellant.

¶ Qua ratione. C. Baſſus ſcripſerit: parcum hominem appellatum & quam eius uo cabuli cauſam putarit: & contra quem in modum quibuſq; uerbis Phauorinus hanc traditionem eius eluſerit.

Cap. xix.

Apud cœnā Phauorini philoſophi quū diſcubitū fuerat: cœptuſq; erat ap-
a poni cibus: ſeruus aſſiſtens mēſæ eius legere inceptabat: aut litteraꝝ quid græcaꝝ: aut noſtratium: uelut eo die: quo affui ego legebat. C. Baſſi eru- parcus
diti uiri liber de origine uerboꝝ & uocabuloꝝ in quo ita ſcriptum fuit. Parcus cōpoſi to uocabulo dictus eſt: quaſi par arcæ: qñ ſicut in arca: oīa recundunt: eiuſq; cuſto- dia ſeruant: & continētur: ita homo tenax: paruoq; contētus oīa cuſtodia: & recōdi ta habet: ſicuti arca: quam ob cām parcus: quaſi par arcæ noīatus eſt. Tū Phauori nus ubi hæc audiuit: ſupſtitioſe inquit: & nimis moleſte atq; odioſe cōfabricatus cō molituſq; magis eſt originem uocabuli. C. iſte Baſſus: q̄ enarrauit. Nā ſi licet res di cere cōmenticias: cur non probabilius uideatur: ut accipiamus parcum ob eam cau ſam dictum: q; pecuniam conſumi: atq; impendi arceat: & prohibeat: quaſi pecuni arcus. Quin potius: quod ſimplicius inquit ueriuſq; eſt id dicimas? Parcus. n. neq; ab arca: neq; ab arcendo: ſed ab eo: quod eſt parum: & paruum denominatus eſt.

¶ Auli Gelii noctium atticarum commentarii: Liber quartus.

In ueſtibulo ædium palatinarum oīs fere ordinis multitudo opperiē-
i tes ſalutationem Cæſaris conſtiterant. Atq; ibi in circulo doctoꝝ ho minum: Phauorino philoſopho præſente oſtendebat quiſpiam gram maticæ rei doctor: ſcholica: quędam nugalia: de generibus: & caſibus

uocabulorum differens: cum arduis supercilijs uocisq; & uultus grauitate compositus: tanq̃ interpres: & arbiter sibyllæ oraculorꝫ. Tum aspiciens ad phauorinum: q̃q̃ ei etiã nondum satis notus esset. Penus quoq; inquit uariis generibus dictum: & uarie declinatum ẽ. Nam & hoc penus: & hęc penus: & huius peni: & peniris: & penitris: & penoris ueteres dictauerunt. Mundum quoq; muliebrem Lucilius in satyrarum xvi. non uirili genere: ut cæteri: sed neutro appellauit his uerſibus.

Legauit quidam uxori mundum omne penumq;.

Quod mundum: atq; penum? nam quis diiudicet istuc?

Atq; oium horꝫ & testimoniis: & exẽplis constrepebat. Cumq; nimis ociose sibi placeret: intercessit placide phauorinus: & iam bone inquit magister. qcquid est nomen tibi abunde multa docuisti: quæ qdem ignorabamus & scite haud sane postulabamus. Quid enim refert mea eiusq; qui quum loquor quo genere penum dicam: aut in quas extremas litteras declinẽ: si nemo id: non nimis barbare fecerit? Sed hoc plane indigeo addiscere: qd sit penus: & quo sensu id uocabulum dicat? ne rem quotidiani usus tanq̃ qui in uenalibus latinæ loqui tentant: alia q̃ oportet uoce appellẽ. Quæris inquit iste rem minime obscuram. Quis adeo ignorat penum esse: uinum: & triticum: & oleũ: & lentem: & fabam: atq; huiuscemodi cætera. Etiam ne iquit phauorinus: milium: & panicum: & glans: & ordeum penus est? Sunt enim propemodũ hæc quoq; huiusmodi. Cumq; ille reticẽs hæreret: nolo inqt hoc iam labores: an ista quæ dixi: penus appellentur. Sed potesne mihi: nõ speciem aliquam de penu dicere: sed definire: genere proposito: & differentiis appositis quid sit penus? Quot sint penus genera? & quas differentias dicas? non hercle inquit intelligo. Rem inquit phauorinus plane dicam. Postulas: quod difficilius est dici planius. Nam hoc qdem puulgatum est: definitionẽ oẽm: ex genere & differentia cõsistere. Sed si itẽ mihi præmandare: quod aiunt postulas. faciã sane id quoq; honoris tui habendi gratia atque deide ita exorsus est. Si inqt ego te nunc rogẽ: uti mihi dicas: & quasi circunscribas uerbis: quid homo sit: non opinor respondeas hominem esse te: atq; me. Hoc enĩ qs homo sit: ostendere est: non quid hõ sit dicere. Sed si inq̃ peterem. ut ipsum illud: qd homo est definires: tum profecto mihi diceres hoiem esse mortale aial rõnis & scientiæ capiens uel quo alio modo diceres: ut eũ a cæteris aialibus oibus separares. Peride igitur nunc te rogo. ut quid sit penus dicas non ut aliquid ex penu noies. Tum ille ostentator: uoce iam molli atq; demissa: philosophias inquit ego non didici nec discere appetiui. Et si ignoro. an ordeũ ex penu sit: aut quibus uerbis penus definiatur. non ea re: litteras quoq; alias nescio. Scire inquit ridẽs iam Phauorinus: quid penus sit: non ex nostra magis est philosophia q̃ grammatica tua. Meministi enim credo: quæri solitum: qd Virgilius dixerit penum instruere: uel lõgam: uel longo ordine. Vtrũq; enim profecto scis legi solitum. Sed ut faciant æquiore aio ut sis: ne illi quidem ueteris iuris magistri: qui sapientes appellati sunt: diffinisse satis recte existimãtur: quid sit penus. Nam. Q. Scœuolam ad demonstrãdam penũ his uerbis usum audio. Penus est inquit: quod esculentum: aut proculentum est. Quod enim pisius patris: aut liberorum patrisfamilias eiusq; familiæ: quæ circũ eos: aut liberos eius est & opus non facit. causa paratum ẽ. ut Mutius ait penus uideri debet. Nam quæ ad edendũ bibendũq; in dies singulos prandii: aut cœnæ causa parant penus non sunt. Sed ea potius quæ huiusce generis longæ uisionis gratia cõtrahunt & reconduntur

ex eo

ex eo:quod non in promptu sint:sed intus: & penitus habeantur:penus dicta sunt. Hæc ego inquit:quum philosophiæ me dedissem: non insuper tñ habui discere.qm̃ ciuibus Romanis latine loquẽtibus:rem non suo uocabulo demonstrare:nõ minus turpe esset:q̃ hoiem non suo nomine appellare. Sic Phauorinus sermones in genus cõmune a rebus paruis & frigidis abducebat ad ea: quæ esset magis utile auidire ac discere:non allata extrinsecus:non per ostentationem:sed indidem nata: acceptaq;. Præterea de penu adscribendum hoc etiam putaui. Seruium Sulpitium in reprehẽsis Scæuolæ capitibus scripsisse. Saco helio placuisse:non quę e sui tantum:& potui sorent:sed tus quoq; & cæteros in penu esse. Quod esset eius ferme rei cã cõparatũ. Massurius aũt Sabinus in iuris ciuilis secundo:ẽt quod iumentoꝝ cã apparatũ eẽt: quibus dominus uteretur penori attributum dicit: Ligna quoq;:& uirgas: & carbones:quibus conficeretur penus:quibusdam ait uideri esse in penu. Ex iis aũt quæ pmercalia:& usuaria in locis iisdẽ essent:ea sola eẽ penoris putat: quæ sint usui ãnuo. ¶Quid differant:& quã uim habeãt uocabula ista in edicto ædiliũ:& an eunuchus & steriles mulieres redhiberi possint:diuersæq; super ea re sententiæ. Cap.ii.

I Ndicto ædilium curruliũ:qua parte de mancipiis uendũdis cautũ est: scriptum sic fuit. Titulus seruoꝝ singuloꝝ:ut scriptus sit curato ita uti intelligi recte,possit:quid morbi uitiiq; cuiq; sit. Quis fugitiu9: erroue sit. Noxaue solutus non sit. Propterea quæsierunt iureconsulti ueteres: quid mancipiũ morbosum:quid ue uitiosum recte diceretur. Quantũq; morbus a uitio differret. Cecilius Sabinus in libro:quem de edicto ædiliũ currulium cõposuit:Labeonem refert:quid esset morbus hisce uerbis definisse. Morb9 est habitus cuiusq; corporis cõtra naturã:qui usum eius facit deteriorem. Sed morbũ alias in toto corpore accidere dicit:alias in parte corporis. Totius corporis morbum eẽ: ueluti φθισιν.i.tabes: aut febris. Partis aũt:ueluti cęcitas:aut pedes debilitas. Balbus aũt inqt:& athiph9: uitiosi magis q̃ morbosi sunt:ut equus mordax aut calcitro uitiosus non morbosus est. Sed cui morbus est:is uitiosus est. Neq; id tñ contra fit. Potest.n. qui uiciosus ẽ: non morbosus eẽ. Quãobrem quũ de hoie morboso ageretur:nequaq̃ inquit ita diceretur:quanto ob id uitium minoris erit. De eunucho quidem quæsitũ est:an contra edictum ædiliũ uideret uenundatus:si ignorasset emptor:eum eunuchum esse? Labeonem respondisse aiunt:redhiberi posse:quasi morbosum. Sues autẽ fœminas si steriles essent:& uenum issent:ex edicto ædilium posse agi:Labeonem scripsisse. De sterili autem muliere:si natiua sterilitate sit. Trebatium contra Labeonẽ respondisse dicunt. Nam quũ redhiberi eam Labeo:quasi:minus sanam putasset: nõ oportere aiunt Trebatium ex edicto appositisse:si ea mulier a principio genitali in sterilitate esset. Ac si ualitudo eius offendisset:exq; ea uitium factũ esset:ut concipere fœtus non posset:tum sanã non uideri:& esse in causa redhibitionis: demum ope περὶ ΚΩΛΟΝ.i.de edentulo quoq; qui iusticiosus latine appellatur:dissensum est. Alii.n. redhiberi omnino oportere. Alii contra:nisi id uitium morbo contractũ esset. Eum uero cui dens deesset:Seruius rediberi posse respondit. Labeo in causa esse redhiberi:negauit. Nam & magna inquit pars dente aliquo caret. Neq; eo magis pleriq; homines morbosi sunt. Et absurdum admodum est dicere: non sanos nasci homines: quoniam cum infantibus non simul dentes gignuntur. Non p̃tereundum id quoq; in libris ueterum iurisperitorum scriptum esse morbũ:& uitium distare. Quod ui-

tium perpetuum: morbus cum acceſſu: diſceſſuq; ſit. Sed hoc ſi ita eſt: neq; cæcus: neq; eunuchus morbus eſt: contra Labeonis: quam ſupra dixi ſententiã. Verba Maſ ſurii Sabini appoſui: ex libro iuris ciuilis ſecundo. Furioſus mutuſue cuiue quod mẽ brum laceꝛ: læſumq; eſt: aut obeſt quo ipſe minus aptus ſit: morboſi ſint. Qui non longe uidet: tam ſanus eſt q̃ qui tardus currit.

¶ Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante carbilianum diuortium atq; ibi quid ſit pellex. Cap. iii.

Emoriæ traditum eſt: quingentis fere annis poſt Romam conditam nullas rei uxoriæ neq; actiones: neq; cautiones in urbe Roma aut in latio fuiſſe quia profecto nihil deſiderabantur: nullis etiam tunc matrimoniis diuertentibus. Seruius quoque Sulpitius in libro quem compoſuit de dotibus. Tum primum cautiones rei uxoriæ neceſſarias eſſe uiſas ſcripſit. quum. Sp. Carbilius: cui ruga cognomentum fuit: uir nobilis diuortiũ cum uxore fecit: quia liberi ex ea: corporis uitio non gignerentur anno urbis conditæ quingenteſimo uiceſimo. iii. M. Atilio. P. Valerio conſulibus. Atq; is Carbilio traditur uxorem: quam dimiſit: egregie dilexiſſe: cariſſimamq; moꝛ eius gratia: habuiſſe: & iuriſiurandi religionem animo: atq; amori præuertiſſe: q; iurare a cenſoribus coactus erat: uxorẽ ſe liberorum quærendorum gratia habiturum. Pellicem autem appellatam probroſamq; habitã eam quæ iuncta conſuetaq; eſſet cum eo: in cuius manu mancipioq; alia matrimonii cauſa foret: hac antiquiſſima lege oſtenditur: quam Numæ regis fuiſſe accepimus. Pellex ædem Iunonis non tangito. Si tangit: iunoni crinib9 dimiſſis agnum fœminam cœdito. Pellex autem quaſi ασπαλλαξ. i. talpa. i. quaſi παλλακισ. i. concubina: ut pleraq; alia: ita hoc quoq; uocabulum de græco flexum eſt.

¶ Quid Seruius Sulpitius i libro: qui eſt de dotibus ſcripſerit: de iure atq; more ueterum ſponſaliorum. Cap. iiii.

Ponſalia in ea parte Italiæ: quæ latium appellatur: hoc more atq; iure ſolita fieri ſcripſit Seruius Sulpitius in libro: quem ſcripſit de dotib9. Qui uxorem inquit ducturus erat: ab eo unde ducẽda erat: ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri. qui daturus erat: itidem ſpondebat daturum. Is contractus ſtipulationum: ſponſionumq; dicebatur ſpõſalia. Tum quæ promiſſa erat: ſponſa appellabatur. Qui ſponderat ducturum ſponſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes uxor non dabatur: aut non ducebatur: qui ſtipulabatur ex ſponſu agebat. Iudices cognoſcebant. Iudex quam ob rem data: acceptaue non eſſet uxor quærebat. Si nihil iuſtæ cauſæ uidebatur: litem pecunia æſtimabat. Quantique interfuerat eam uxorem accipi: aut dari eum qui ſpoponderat: aut qui ſtipulatus erat: condemnabat: Hoc ius ſponſaliorum obſeruatum dicit Seruius ad id tempus: quo ciuitas uniuerſa latio lege iulia data eſt. Hæc eadem Horatius ſcripſit in libro: quem de nuptiis compoſuit.

¶ Hiſtoria narrata de perfida aruſpicum etruſcoꝛq;. q; ob eam rem uerſus hic a pueris Romæ urbæ tota cantatus eſt malũ conſiliũ conſultori peſſimũ eſt. Cap. v.

Tatua Romæ in comitio poſita Horatii Coclitis fortiſſimi uiri de cælo iacta eſt. Ob id fulgur piaculis ludendum aruſpices ex etruria acciti inimico atq; hoſtili in populum Romanum animo: inſtituerant eam rem contrariis religionibus procurare. Atq; illam ſtatuam ſuaſerunt in inferiorem locũ perperam

peram transponi. quem sol oppositum circum undiq; aliarum ædium nunq̃ illustraret. Quod quum ita fieri persuasissent: delati ad p̊opulum: proditiq; sunt. Et quum de perfida confessi essent: necati sunt. Cõstititq; eam statuam perinde: ut ueræ rationes post compertæ monebant: in locum editum subducẽdam. Atq; ita in area Vulcani sublimiori loco statuendam. Eaq; res bene: & prospere reip. cessit. Tũc igitur q̃ in Etruscos aruspices male consulentis animaduersum: uindicatumq; fuerat: uersus hi scite factus: cantatusq; pueris urbe tota fertur: Malum consilium consultori pessimum est. Ea historia de aruspicibus: ac de uersu isto senario scripta est in annalibus maximis libro. xi. Et in ueteri Flacci libro primo rerũ memoria dignarum. Videtur autem hic uersus de græco illo Hesiodi uersu expressus.

ΗΔΕ ΚΑΚΗ ΒΟΥΛΗ ΤΩ ΒΟΥΛΕΥΣΑΝΤΙ ΚΑΚΙΣΤΗ.

Consultum male consultori pessima res est.

¶ Verba ueteris senatusconsulti: ista: quo decretum est hostiis maioribus expiandũ q̃ in sacrarium hastę martiæ mouissent. Atque ibi enarratum: quid sint hostiæ succidaneæ. Quid item tempora præcidanea. Et quid Capito Atteius ferias quasdam præcidaneas appellauit. Cap. vi.

e Terram mouisse nunciari solet: eaq; res procuratur: ita in ueteribus memoriis scriptum legimus: nunciatum esse senatui: sacrario: in regia: hastas martias mouisse. Eius rei causa senatusco. factum est. M. Antonio Au. Posthumio consu. eiusque exemplum hoc est. Quod. C. Iulius. L. filius ponti. nunciauit: in sacrario: in regia hastas martias mouisse: de ea re ita censuerunt: ut. M. Antonius consu. hostiis maioribus Ioui: & Marti procuraret: q̃ cæteris diis: quibus uideretur placandis: uti procurasset: satis habendum censuerunt. Siquid succidaneis opus esset: robigus accederet. Quod succidaneas hostias senatus appellauit: quæri solet: quid uerbum id significet. In Plauti quoque comœdia quæ Epidicus inscripta est: super eodem ipso uerbo requiri audio in his uersibus. Men piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum. Succidaneæ autem hostiæ dicuntur e littera per mortem compositi uocabuli in i litteram commutata. Nam quasi succidaneæ appellatæ. quoniam si primis hostiis litta tum non erat aliæ post easdem ductæ hostiæ cædebantur: quæ quasi prioribus iam cesis luendi piaculi gratia subdebantur: & succedebant ob id succidaneæ nominatæ: littera i scilicet tractim pronunciata. Audio enim quosdam eam litteram in hac uoce barbare corripere. Eadem autem ratione uerbi præcidaneæ quoque hostiæ dicuntur: quæ ante sacrificia solemnia pridie cæduntur. Porca etiam præcidanea appellata quam piaculi gratia ante fruges nouas fieri cœptas immolari Cereri mos fuit: si qui familiam funestam: aut non purgauerant: aut aliter eam rem q̃ oportuerat procurauerant. Sed porcam: & hostias quasdam præcidaneas: sicuti dixi appellari: uulgo notum est. Ferias præcidaneas dici id opinor a uulgo remotum est: propterea uerba Attei Capitonis ex quinto librorum: quos de pontificio iure composuit: scripsi: Lib. Cornucario pontifi. maxi. feriæ præcidaneæ in atrum diem inauguratæ sunt. Collegium decreuit: non habendum religioni: quin eo die feriæ præcidaneæ essent.

¶ De epistola Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta: super accentu nominum quorundam punicorum. Cap. vii.

Alerius Probus grãmaticus: inter ſuam ætatem præſtanti ſcientia fuit. Is
u Annibalem: & Aſdrubalẽ: & Hamilcarem. ita ptonunciabat: ut penulti-
mam circũflecteret: ut teſtis eſt epiſtola eius ſcripta ad Marcellũ: in qua
plautum & Enniũ: multoſq; alios ueteres eo modo pronũciaſſe affirmat. Solius tñ
Ennii uerſum unum ponit ex libro: qui Scipio inſcribit. Eum uerſum quadrato nu-
mero factum ſubiecimus: i quo niſi tertia ſyllaba de Annibalis noie circumflexe po
natur: numerus claudus eſt. Verſus Ennii: quem dixit: ita eſt.

Qui propter annibalis copias conſiderant.

¶Quid. C. Fabritius de Cornelio Rufino hoie auaro dixerit. Quem quũ odiſſet:
inimicuſq; eſſet: deſignandum eum conſulem curauit. Cap. viii.

Abritius Lucinus magna gloria uir magniſq; rebus geſtis fuit. P. Corne
f lius Rufinus: manu quidem ſtrenuus: & bellator bonus: militariq; diſci-
plina pitus admodum fuit. Sed furax hõ & auaritia acri erat. Hũc Fabri-
tius nõ ꝓbat: neq; amico utebat. Oſuſq; eum moꝝ cauſa fuit. Sed quum tempori-
bus reipu. difficillimis cõſules creandi forẽt: & is Rufinus peteret cõſulatum: com-
petitoreſq; eius eſſent imbellis quidam: & futiles. ſumma ope adnixus eſt Fabritius:
uti Rufino cõſulatus deferret. Eam rem pleriſq; admirantibus: q; hoiem auaꝝ: cui
eſſet inimiciſſimus. creari cõſulem peteret: quem hoſtiliter oderat. Fabritius inquit:
nihil eſt: quod miremini: ſi malui compilari: q̃ uenire. Hũc Rufinum poſtea bis cõ-
ſulatu: & dictatura functum cẽſor Fabritius ſenatu mouit: ob luxuriæ notam: q; de
cem põdo argenti factitaret. Id autem quod ſupraſcripſi: Fabritium de Cor. Rufi-
no: ut in pleraq; hiſtoria ſcriptum eſt: dixiſſe. M. Cicero: non aliis a Fabritio. ſed ipſi
Rufino gratias agenti. q; eius gratiam dedignatus non eſſet. dictum eſſe refert. in li
bro. ii. de oratore. Verba Ciceronis hæc ſunt. Arguta etiam ſignificatio eſt: cum par
ua re: & ſæpe uerbo: res obſcura: & latens illuſtratur: ut quũ. C. Fabritio. P. Corne-
lius homo (ut exiſtimatur) auarus: & furax: ſed egregie fortis: & bonus imperator
gratias ageret: q; ſe homo inimicus conſulem feciſſet: bello præſertim magno & gra
ui: nihil eſt quo mihi gratias agas inquit: ſi malui compilari: q̃ uenire.

¶Quid ſignificat ꝓprie religioſus: Et in quæ diuerticula ſignificatio iſtius uocabuli
flexa ſit. Et uerba Nigidii Figuli ex cõmentariis eius ſup ea re ſumpta. Cap. ix.

Igidius Figulus homo (ut ego arbitror) iuxta. M. Varronẽ doctiſſimꝰ:
n in. xi. cõmentariorꝝ grammaticorꝝ uerſum ex antiquo carmine refert me-
moria hercle dignũ. Religẽtem eſſe oportet: religioſum nefas. Cuius aũt
id tñ ſit: non ſcribit. At in eodem loco Nigidius: hoc inqt inclinamẽtum ſemp huiuſ
cemodi uerborꝝ: ut uinoſus: mulieroſus: religioſus: nũmoſus: ſignificat copiam quã
dam imodicam rei: ſuper qua dicit. Quo circa religioſus is appellabatur: qui nimia
& ſuperſtitioſa religione ſeſe alligauerat: Eaq; res uitio aſſignabatur. Sed præter iſta
quæ Nigidius dicit: alio quodam diuerticulo ſignificationis: religioſus pro caſtro:
atq; obſeruanti: cohibenti ſeſe certis legibus: finibuſq; dici cœptus. Simili autem mo
do: illa quoq; uocabula ab eadem profecta origine: diuerſum ſignificare uidentur:
religioſi dies. & religioſa delubra. Religioſi enim dies dicuntur triſti omine infames
impeditiq; in quibus & res diuinas facere: & rem quampiam nouam exordiri tem-
perandum eſt. quos multitudo imperitorum. prauæ & perperam nefaſtos appel-
lant. Itaq; Marcus Cicero ī libro epiſtolarum. ix. ad Atticum maiores inquit noſtri

funeſtiorem diem eſſe uoluerunt halienſis pugnæ: q̃ urbis captæ: q; hoc malũ ex illo. Itaq; alter religioſus ẽt nunc dies: alter in uulgus ignotus. Idem tñ. M. T. in oratione de accuſatore conſtituẽdo: religioſa delubra dicit: non ominoſa: nec triſtia: ſed maieſtatis uenerationiſq; plena. Maſſurius autem Sabinus in cõmentarijs: quos de indigenis compoſuit: Religioſum inquit eſt: quod pp ſanctitatem aliquam remotũ ac ſepoſitũ a nobis eſt. Verbum a relinquendo dictum: tanq̃ cerimoniæ a carendo. Secundũ hanc Sabini interpretationem tẽpla quidem ac delubra: qa hoꝝ cumulus in uituperationẽ non cadit: nec illoꝝ quoq; laus imodeſta eſt: quæ non uulgo: ac temere: ſed cum caſtitate: cerimoniaq; adeunda: & reuerẽda: & reformidãda ſunt: magis q̃ inuulganda. Sed dies religioſi dicti quos ex contraria cã propter ominis dirita tem relinquimus. Iccirco ait Terentius in eunu. Tum quod dem: recte eſt. Nã nihil eſſe mihi religio eſt dicere. Quod ſi (ut ait Nigidius) oia iſtiuſmodi inclinamẽta: nimium ac præter modum ſignificant: & iccirco in culpas cadunt: ut uinoſus: mulieroſus: uerboſus: moroſus: famoſus: Cur ĩgenioſus: & formoſus: & officioſus: & ſpecioſus: quæ pariter ab ingenio & forma: & officio inclinata ſunt. cur ẽt diſciplinoſus: conſilioſus: uictorioſus quæ. M. Cato ita effigurauit. cur item facundioſa. quod Sẽpronius Aſellio. xiii. reꝝ geſtarum ita ſcripſit. Facta ſua ſpectari oportere. dicta nõ: ſi minus ſint facundioſa: cur inq̃ iſta oia: nunq̃ in culpam ſed in laudẽ dicuntur: q̃q̃ hæc quoq; incremẽtum ſui nimiũ demonſtrent? An propterea qua illius quidẽ quæ ſupra poſui adhibendus eſt modus quidam neceſſarius? Nam & gratia ſi nimia quidem: atq; imodica: & mores: ſi multi atq; uarii: & uerba: ſi perpetua: atq; infinita: & obtundentia: & fama: ſi magna: & inquieta: & iuidioſa ſit neq; laudabilia: nec utilia ſunt. Ingenium aũt: & officium: & forma: & diſciplina: & conſilium: & uictoria: & facundia ſicut ipſe uirtutum amplitudines nullis finibus cohibent. Sed quanto maiora: auctioraq; ſunt: & iam tanto laudatiora ſunt.

¶ Quid obſeruatum de ordine rogandaꝝ ſententiaꝝ: iurgiorumq; in ſenatu. C. Cęſaris conſulis &. M. Catonis diem dicendo eximentis. Cap. x.

a Nte legem: quæ nunc de ſenatu habendo obſeruatur: ordo rogandi ſentẽtias uarius fuit. Alias primus rogabatur: qui a cenſoribus princeps in ſenatum lectus fuerat. Alias qui deſignati conſules erant. Quidã e conſulibus: ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti quem hiis uiſum erat honoris gratia extra ordinem ſnĩam primum rogabant. Obſeruatum tñ eſt: quum extra ordinem fieret: ne quis quenq̃ ex alio q̃ ex conſulari loco ſnĩam primum rogaret. C. Cæſar in cõſulatu quẽ cum. M. Bibulo geſſit: quattuor ſolus extra ordinem rogaſſe ſnĩam dicitur. Ex iis quattuor principem rogabat. M. Craſſum. Sed poſtq̃ filiam Cn. Põpeio deſponderat: primum cœperat pompeium rogare. Eius rei rõnem reddiſſe eũ ſenatui Tyro Tullius. M. Ciceronis libertus refert. itaq; ſe ex patrono ſuo audiuiſſe ſcribit. Idipſum Capito Atteius in libro quem de officio ſenatorio compoſuit: ſcriptum reliquit. In eodem libro Capitonis: id quoq; ſcriptum eſt. C. inquit Cæſar cõſul. M. Catonem ſnĩam rogauit. Cato rem quam conſulebatur: qm̃ non e repu. uidebatur: perfici nolebat. Eius rei gratia ducendæ: longa oratione utebatur. Eximebatq; dicendo diem. Erat enim ius ſenatori: ut ſententiam rogatus: diceret ante quicquid uellet: alii rei: & quoad uellet. Cæſar cõſul uiatorem uocauit. Eumq; quũ finem nõ faceret: prehendi loquentẽ: & in carcerem duci iuſſit. Senatus conſurrexit: & proſequebatur

Catonem in carcerē. Hac inquit inuidia facta Cæſar deſtitit: & mitti Catonē fuſſit.
¶Quæ qualiaq; ſint: quæ Ariſtoxenus: q̄ſi magis cōpta de Pythagora memoriæ cō
mendauit: & q̄ Plutarchus ī eūdē modū de eodē. Pythagora ſcripſerit. Cap. xi.
Pinio uetus falſa occupauit: & cōualuit Pythagorā philoſophū nō eſita-
o uiſſe ex aialib9. Itē abſtinuiſſe fabulo: quē κυαμον græci appellāt. Ex hac
opinione Gallimachus poeta ſcripſit. και κῦαμων απο χειρας εσχεν ανι
θνων εδεσθαι και γω. πυθαγορας ωσ ἔκελευε λεγω. A fabuloq; manus triſtāte
amouit edentes. Hoc ut Pythagoras iuſſerat ipſe loquor. Ex eadem item opinione.
M. Cice. in li. de diuinatione primo: hæc uerba poſuit. Iubet igitur Plato ſic ad ſum
mum proficiſci corporibus affectis: ut nihil ſit: quod errorem aīs: perturbationem
q; afferat. Ex quo etiam Pythagoreis inter dictum putaſ ne faba ueſcerenť: quæ res
hēt inflationē magnā. Is cibus tranqllitatem mentis quærentibus cōſtat eſſe cōtrari
us. Hæc quidem. Ma. Cice. Sed Ariſtoxenus muſicus uir litterarū ueterū diligentiſ
ſimus: Ariſtotelis philoſophi auditor: ī libro quem de Pythagora reliquit: nullo ſæ-
pius legumento Pythagoram dicit uſum q̄ fabis: qm̄ is cibus & ſubduceret ſenſim
aluum & leuigaret. Verba iſta Ariſtoxeni ſubſcripſi. πυθαγορας λεγων οσπρι-
ων. μαλιστα τον κῦαμον εδοκιμασε λιαν κρητικους τε γαρειν αι: και διαφοοητι-
κον δια και μαλιστ ακεχρηται αὐτω: Ideſt quum dicat Pythagoras in legumentis
fabam præcipue approbauit: admodū enim genitalem eſſe & alui diſcuſſiuam. quā
ob rem eā maxime utitur. Porculis quoq; miniſculis: & ædis tenerioribus uictitaſſe
idē Ariſtoxenus refert. Quā rē uī cognouiſſe ex Xenophilo pythagorico familiari
ſuo: & ex quibuſdā aliis natu maioribus: q ab ętate Pythagorę: haud multū aberāt.
Ac de animalibus Alexis etiam poeta in comœdia: quæ Pythagoræ uita inſcribitur
docet. Videtur autem de κυαμω. ī. de faba non uſitato cauſam erroris fuiſſe: quia in
Empedoclis carmine: qui diſciplinas pythagoræ ſectatus eſt uerſus hic inuenitur.
Δειλοι πων δει λοικυαμων απο χειρας ελεσθαι.
Ah miſeri a cyamo miſeri ſubducite dextras.
Opinati. n. ſunt plerię; κυαμων legumētum uulgo dici. Sed qui diligētius ſcitiuſq;
carmina Empedoclis arbitrari ſūt: κῦαμους hoc ī loco teſticulos ſignificare dicūt:
Eoſq; more Pythagoræ operte atq; ſymbolice κῦαμους appellatos: quia ſunt: εις
τοκυειν δεινοι. και αιτιοι του κυειν. ī. in ferendo utero ualidi: cauſæq; uteri ferendi:
& genituræ humanæ uim prebeant. Iccirco Empedoclem uerſu iſto nō a fabulo edē
do: ſed a rei ueneriæ proluuio uoluiſſe homines deducere. Plutarchus quoq; homo
indiſciplinis graui auctoritate in primo libro; quos de Homero compoſuit: Ariſto
telem philoſophum ſcripſit: eadem ipſa de pythagoricis ſcripſiſſe: qui non abſtinue
runt edūdis animalibus: niſi pauca carne quadam. Verba ipſa Plutarchi (quoniam
res inopinata eſt) ſubſcripſi. αριστοτελης δε μητρας και καρδιας και ακαλυφης.
και τοι ουτων τινων αλλων απεψεσθαι φησι τους πυθαγορικους χρησθαι δε
τοις αλλοις. Ideſt ariſtoteles a uulua: corde & marina urtica: atque id genus qui-
buſdam aliis abſtinere pythagoricos dicit: cæterorum autem uſum habuiſſe. ακα-
λυφη autem eſt animal marinum: quod urtica appellatur. Sed & piſcibus nonnul-
lis abſtinere pythagoricos Plutarchus in ſymphonicis dicit. Pythagoram uero ipm
ſicut celebre eſt: Euphorbū primo ſe fuiſſe: dictaſſe: ita hæc remotiora ſunt iis quæ
Clearchus & Dicæarchus memoriæ tradiderunt: fuiſſe cū poſtea pyrandrū: deinde

Callidenam: deinde fœminam pulchara facie meretricem: cui nomen fuerit Alce.

¶Notæ & animaduersiones censoriæ in uteribus monumentis repertæ memoria dignæ. Cap.xii.

s Iquis agrum suum passus fuerat sordescere: eumq; indiligenter curabat: ac neq; arauerat: neq; purgauerat: siue quis arborem suam uineāq; habue rat derelictui: non is sine pœna fuit. Sed erat opus censorium. Censorescq; ærariū faciebant. Item siquis eques romanus: equum habere gracilentum: aut parū nitidum uisus erat: impoliciæ notabatur. Id uerbū significat: quasi tu dicas incuriæ. Cuius rei utriusq; auctoritates sunt: &. M. Cato id sæpenumero attestatus est.

¶Qd incētiões quædā tibiaꝝ certo mō factæ ischiacis mederi possunt. Cap.xiii.

c Reditū hoc a pleriscq; ē: & memoriæ mandatū: ischiaci quū maxime dole ant: tū si modulis lenibus tibicen incinat: minui dolores. Ego nuperrime i lib. Theophrasti scriptū inueni: uiperaꝝ morsibus tibicinē scite: modulateq; adhibitū mederi. Refert & Democriti liber: qui inscribitur περι λοιμων ηλογι κων κανων. i. de pestibus: aut rationalium regula. In quo docet plurimis hominum morbis medicinam fuisse incentiones tibiaꝝ: Tanta prorsus est affinitas corporibus hoīum: mētibusq;: & ꝓpterea quoq; uitiis: aut medelis animoꝝ. & corporum.

¶Narratur historia de Hostilio Mancino ædili: & Manulia meretrice. Verbaq; de creti tribunorum ad quos a Manulia prouocatum est. Cap.xiiii.

c Vm librum. ix. coniectaneoꝝ Atteii Capitonis legeremus: q̄ inscriptus est de iudiciis publicis: decretum tribunoꝝ uisum est grauitatis antiquæ plenum: propterea id meminimus. Atqui ob eam causam: & in hāc sniam scriptum est. A. Hostilius Mācinus ædilis curulis fuit. Is Manuliæ meretrici diem ad populum dixit: q̄ de ambulacro eius noctu lapide ictus esset. Vulnusq; ex eo lapide ostentabat. Manulia id tri. ple. prouocauit. Apud eos dixit: Comesatorem Mācinum ad ædes suas uenisse. Eum sibi recipere non fuisse in æde sua. Sed quum ui irrumperet: lapidibus depulsum. Tribuni decreuerunt ædilem ex eo loco iure deiectum: quo eum uenire cum coronario non decuisset: Propterea ne cum populo ædilis ageret: interceserunt.

¶Defensa a culpa sententia ex historia Salustii: quam inimici antea quum insectatione maligne reprehenderunt. Cap.xv.

e Legantia orationis Salustii: uerborumq; facundia: & nouandi studium: cum multa prorsus inuidia fuit. Multi non mediocri ingenio uiri conat sunt reprehendere pleraq;: & obtrectare. In quibus plura inscite: aut maligne uellicant. Nonnulla tamen uideri possunt: non indigna reprehensione. Quale illud in Catilinæ historia repertum est: quod habeat eam speciem: quasi paꝝ attente dictum. Verba Salustii hæc sunt. At mihi quidem tametsi haud quaq̄ par gloria sequatur scriptorem: & auctorem rerum: tamen in primis arduum uidetur res gestas scribere. Primum: q̄ facta dictis exequenda sunt. Deinde quia plerique: quæ delicta reprehenderis: maliuolentia: & inuidia dicta putant. Vbi de magna uirtute atque gloria bonorum memores: quæ sibi facilia quisq; factu putat: æquo animo accipit. Supra: ueluti ficta pro falsis ducit. Proposuit inquiunt dicturum causas: quam obrem uideatur esse arduum res gestas scribere: atque ibi non primum causam: sed querelas dicit. Non enim causa uideri debet: cur historiæ opus arduum sit: q̄ ii qui

legãt: aut iniq; interpretantur quæ scripta sunt: aut uera esse non credant. Obnoxia quippe: & obiectam falsis existimationibus eam rem dicendã: magis aiũt q̃ arduã: quia quod arduũ est: sui operis difficultate est arduum: non opinionis alienæ erroribus. Hæc illi maleuoli reprehensores dicunt. Sed arduum Salustius non pro difficili tantum: sed pro eo quoq; ponit: quod græci Δισχερες: aut χαλεπον appellant: quod est cum difficile: tum molestum quoq;: & incõmodum: & intractabile. Quorum uerborum significatio: a sententia Salustii suprascripta non abhorret.

¶ De uocabulis q̃busdã a Varrone: & Nigidio cõtra quottidiani sermonis cõsuetudinem declinatis. Atq; inibi id genus quædã cũ exemplis ueter̃ relata. Cap. xvi.

Arronẽ &. P. Nigidiũ uiros romani generis doctissimos comperimus: u non aliter locutos esse: & scripsisse: q̃ senatuis & domuis & fluctuis qui ẽ prius casus ab eo: quod ẽ senatus: domus: & fluctus: huic senatui: domui fluctui. Cæteraq; his consimilia pariter dixisse. Terentii quoq; comici uersus in libris ueteribus itidem scriptus est: Eius anuis opinor causa: quæ est mortua. Hãc eorum auctoritatem quidam e ueteribus grãmaticis ratione etiam firmare uoluerunt: q̃ omnis datiuus singularis littera finitus i: si non similis est genitiui singularis s littera addita: genitiuum singularem facit: ut patri patris: duci ducis: cædi cædis. Quũ igitur inquiunt in casu dandi huic senatui dicamus: genitiuus ex eo singularis senatuis est: & non senatus. Sed non omnes concedunt in casu datiuo senatu magis dicendum: q̃ senatui: sicut lucilius in eodem casu uictu & anu dicit: non uictui & anui: in hisce uersibus. Quod sumptum atque epulas uictu præponis honesto. Et alio in loco Anu noceo inquit. Virgi. quoq; in casu dandi aspectu dicit: non aspectui. Teque aspectu ne subtrahe nostro. Et in georgicis. Quod neq; concubitu indulgent. C. ãt Cæsar grauis auctor linguæ latinę: in anticatione unius inquit atrogantiæ: superbiæ q̃: dominatuq;. Item in Dolobella actionis illibuisti: quorum in ædibus: fanisq; posita: & honori erant: & hornatu. In libris quoq; analogicis omnia illiusmodi sine i littera dicenda censet.

¶ De natura quarundã particularũ: quæ præpositæ uerbis intẽdi: atq; ꝓduci barbare atq; insciti euidentur: exẽplis rationibusq; plusculis disceptatum. Cap. xvii.

Veilii ex undecimo uersus sunt.

I Scipiade magno improbus obiiciebat asellus
Lustrũ: illo cẽsore: malũ ifœlixq; fuisse. Obiiciebat o littera ꝓducta multos legere audio. Idq; eo facere dicũt: ut ratio numeri salua sit. Idẽ infra: Et iam.
Coniicere in uersus dictum præconis uolebam
Graii. In hac quoq; prima uerbi præpositione: ob eandem causam producitur. Item quintodecimo. Subiicit hinc humilem: & suffercatus posteriorem. Subiicit u lra longa legunt. qa primam syllabam breuem esse in uersu heroico nõ conuenit. Itẽ apud Plautum in Epidico consyllabam productam ꝓnunciant. Age nũc iam orna te Epidice: & pallium in collum coniice. Apud Vir. quoq; subiicit uerbum ꝓduci a plerisq; audio: Etiam parnasia laurus: Parua sub ingenti matris se subiicit umbra. Sed neq; ob: neq; sub præpositio ꝓducendi hẽnt naturam: neq; item con nisi quum eam litteræ sequuntur: quæ in uerbis constituit: & confecit: secundum eam primæ sunt uel quũ elidit̃ ex ea n lra: sicut Salustius fœnoribus inquit cooptus. In iis autem quæ supra posui: & metrum esse integrum potest: & præpositiões istæ possunt nõ barbare

protendi. Secunda.n.littera in his uerbis per duo ii non per unū ſcribenda eſt. Nam uerbum iſtud cui ſupradictæ particulæ præpoſitæ ſunt: non icio eſt: ſed iacio: & præteritum non icit facit: ſed iecit. Idq; ibi compoſitum eſt: ex a littera in i mutatur. Sicut fit in uerbis inſilio: & incipio: atq; ita uim conſonantis capit. Et iccirco ea ſyllaba productius latiuſq; paulo pronunciata priorem ſyllabā breuem eſſe non patit̄. Sed reddit eam poſitu longā: Propterea q; & numerus in uerſu: & ratio i pronūciatu manet. Hæc quæ diximus: eo ēt conducunt: ut quod apud Virg. in. vj. poſitum inuenimus. Eripe me his inuicte malis: aut tu mihi terram inice. Sic eſſe iniice: ut ſupra dixi: & ſcribendum & legendū ſciamus. Niſi quis tam indocilis eſt: ut i hoc quoq; uerbo: in præpoſitione metri cā protendat. Quærimus igit̄ in obiicibus o littera qua rō ne intendatur: quum id uocabulum factum ſit a uerbo obiicio: & nequaq̄ ſimile ſit: quod a uerbo moueo motus o littera longa dicitur. Equidē memini. Sulpitiū Apollinarem uiꝝ præſtanti litteraꝝ ſcientia: obices: & obicibus o littera correpta dicere. in Virg. quoq; ſic eum legere. Qua ui in maria alta tumeſcāt. Obiicibus ruptis: ſed ita ut diximus i litteram: quæ in uocabulo quoq; gemina eſſe debet: paulo uberius: largiuſq; pronunciabat. Congruens igitur eſt: & ſubiices ēt quod perinde ut obiices compoſitū eſt u littera breui dici oporteat. Ennius in tragœdia: quæ Achilles inſcribitur: ſubiices pro aere alto ponit: qui cælo ſubiectus eſt in his uerſibus.

Ergo deum ſublimis ſubiices: humidus.

Vnde oritur hymber: ſonitu ſæuo: & ſtrepitu. Pleroſq; oīs tñ legere audias: u littera ꝑducta. Idipſum aūt uerbū. M. Cato ſub alia præpoſitiōe dicit in oīone: quā de cōſulatu ſuo habuit. Ita hos inquit fert uentus ad priorē pyreneum: quos proiicit in altum. Et Pacuuius itē in anchiſe: id promontoriū: cuius lingua in altum proiicit.

¶ De Africano ſupiore ſūpta q̄dā ex annalibus memoratu digniſſima. Cap. xviii.

Cipio Africanus antiquior: quāta uirtutū gloria præſtiterit: & q̄ fuerit altus aīo atq; magnificus: & qua ſui cōſcientia ſubnixus: pluribus rebus: q̄s dixerit quaſq; fecerit declaratū eſt. Ex quibus ſunt hæc duo exēpla eius fiduciæ ac exuperātiæ ingentis. Quū. M. Neuius tri. ple. accuſaret eū ad populū: diceretq; accepiſſe a rege Antiocho pecuniā: ut conditiōibus gratioſis: & mollib⁹ pax cū eo: populi romani noīe fieret. Et quædā item alia crimini daret: indigna tali uiro: tum Scipio pauca præfatus: quæ dignitas uitæ ſuæ: atq; gloria poſtulabat. Memoria inquit quirites repeto diē eſſe hodiernū: quo Annibalē pœnū imperio noſtro inimiciſſimū: magno p̄lio uici in terra africa: pacēq; & uictoriā uobis peperi inſuperabilē. Non igit̄ ſimus aduerſum deos ingrati. Sed cēſeo relinquamus nebulonē hunc: eamuſq; nūc protinus Ioui optimo maximo gratulātē. Id quum dixiſſet: auertit: & ire in capitoliū cœpit. Tum concio uniuerſa quæ ad ſniam de Scipione ferendā conuenerat: relicto tribuno: Scipionem in capitolium comitata: atq; inde ad ædes eius cū lætitia & gratulatione ſolenni proſecuta eſt. Fertur etiam oratio quæ uidetur eo die habita a Scipione: qui dicunt eam non uerā: non eunt inficias: quin hæc quidem uerba fuerint: quæ dixi Scipionis. Item aliud eſt factum eis præclarū. Petilius quidam tri. pleb. M. ut aiunt Catone inimico Scipionis comparatus in eum atq; imiſſus deſiderabat in ſenatu inſtātiſſime: ut pecuniæ antiochenæ p̄dæq; quæ in eo bello capta erat rōnem redderet. Fuerat. n. L. Scipioni aſiatico fratri ſuo impatori: in ea prouincia legatus. Ibi Scipio exurgit: & prolato e ſinu togæ libro: ratiōes in eo ſcriptas eſſe

dixit omnis pecuniæ: omnisq; prædæ. Ille tum ut palam recitaretur: & ad ærariũ deferretur. Sed .n. id iam non faciã inquit nec meipse afficiam cõtumelia. Eumq; librũ statim coram discidit suis manibus: & concerpsit: ægre passus: q̃ cui salus imperii ac reipublicæ accepta fieri deberet: ab eo ratio pecuniæ prædaceæ poscerẽtur.

¶Quid. M. Varro in longa historia scripserit: de moderando uictu puerorum impuberum. Cap. xix.

Veros impuberes compertum est: si plurimo cibo: nimioq; somno uterẽ
p tur hebetiores fieri: animaduertimusq; hinc elici tarditatẽ. Corporaq; eor̃
procera fieri minusq; adolescere. Idẽ pleriq; alii medicor̃: philosophorũq;: &. M. Varro in lõga historia scripsit: q̃ inscripta ẽ Capis: aut de liberis educãdis.

¶Notati a cẽsoribus: qui audientibus iis dixerant ioca quædã intempestiuiter: ac de eius quoq; nota deliberatũ: qui steterat forte apud eos oscitabundus. Cap. xx.

Nter censorias seueritates tria hæc exempla in litteris sunt: castigatissimę
i disciplinæ. Vnum est huiusmodi. Censor agebat de uxoribus solẽne iusiurandum. Verba hæc erant ita cõcepta. Et tu ex animi tui sẽtia: uxorem habes? Qui iurabat cauilator quidã: & canicula: & nimis ridicularius fuit. Is locum eẽ sibi ioci dicendi ratus: quum ita: uti mos erat: censor dixisset: & tu ex animi tui sẽtentia uxorem habes? Habeo equidẽ inquit uxorem: sed nõ hercle ex animi tui sẽtia. Tũ censor eum: q; intẽpestiue lasciuisset: in ærarios retulit. cãmq; hanc ioci scurilis apud se dicti subscripsit. Altera seueritas eiusdẽ sectæ: disciplinæq; est: deliberatũ est de nota eius: qui ad censores ab amico aduocatus est: & in iure stans: clare nimis: ac sonore oscitauit. atq; inibi ꝓpe ut plecteretur: fuit: tanq̃ illud indiciũ uagi animi foret & hallucinantis: & fluxę: atq; aperte securitatis. Sed quũ ille deierasset: inuitissimũ sese & repugnantẽ oscitatione uictum. Teneriq; eo uitio: quod oscedo appellatur: tũ notæ iam destinatæ exemptus est. P. Scipio Africanus Pauli filius: utranq; historiã posuit: in ratione: quam dixit in censura: quum ad maiorũ mores populum hortaret. Item aliud refert Sabinus Massurius: in septimo memorali seuere factum censores inqt. P. Scipio Nasica: &. M. Pompilius: quũ equitum censum agerent: equum nimis strigosum: & male habitum: sed equitẽ eius uberrimũ: & habitissimũ uiderunt. Et cur inquiunt ita est? ut tu sis: q̃ equus curatior. Quoniam inqt ego me curo equũ Statius meus seruus. Visum est parum reuerẽs esse responsum: relatusq; in ærarios ut mos est. Statius autem seruile nomen fuit. plæriq; apud ueteres serui eo noie fuerunt. Cecilius quoq; ille comœdiar̃ poeta inclytus seruus fuit & ꝓpterea nomẽ habuit Statius. Sed postea uersum ẽ in cognomentũ appellatusq; ẽ Cecilius Statius.

¶Auli Gelii noctium atticarum commentarii: Liber quintus.

Vsonum philosophum solitum dicere accepimus: quum philosophus inquit hortatur: monet: suadet: obiurgat: aliudue quid di
a sciplinar̃ disserit: tum qui audiunt si de summo: & soluto pectore: obuias uulgataq; laudes effugiunt? si clamitant ẽt: si gestiũt: si uocũ eius festiuitatibus: si modulis uerborũ: si quibusdã quasi frequẽtamentis oronis mouent? exagitant?: & gestiũt: tũ scias: & qui audiũt frustra eẽ: neq; illic philosophũ loqui: sed tibicinem canere. Aius is inquit

audiẽtis

audientis philosophū: q̄ dicunt utilia: ac salubria sunt. & errorꝫ atq; uitiorꝫ medicinas ferūt: laxamētū atq; ocium ꝓlixe: ꝓfuseq; laudādi nō hēt qsquis ille est: q audit: nisi ille plane depditus: iter ipsam philosophi orationē: & phorrescat necesse ē: & pudeat tacitus: & pœniteat: & gaudeat: & admiret. uarios adeo uultus: disparilesq; sensus gerat pinde: ut eū conscientiāq; eius affecerit: utrarūq; aī ptium. aut sincæraꝫ: aut ægraꝫ philosophi ptractatio. Præterea dicebat magnā laudem nō abesse ab admiratioe. admirationē aūt q̄ maxima ē non parere uerba ad silentiū. Iccirco inqt poetarū sapiētissimus auditores illos Vlyxi labores suos illustrissime narrātis: ubi loquēdi finis fact9: nō exultare: nec strepere nec uociferari facit. Sed cōsiluisse uniuersos dicit: q̄si attonitos: & obstupidos: delinimētis auriū ad origines usq; uocis ꝓmanētibus.

¶ Super equo alexandri Regis qui bucephalas appellatus est. Cap. ii.

Quus Alexādri regis & capite: & nomine bucephalas fuit. Emptū cares Bucephalas
e scripsit talētis. xiii. & regi philippo donatum: æris nostri summa est sestertia. cccxii. Sup hoc equo dignū memoria uisum: q; ubi ornat9 erat: armatusq; ad ꝑlium haud unq̄ inscēdi sese ab alio nisi a Rege passus sit. Id ēt de isto equo memoratum est quod quum in eo insidēs Alexander bello indico: & facinora faciēs fortia: in hostium cuneum non satis sibi ꝓuidens: īmisisset: coniectisq; undiq; in alexandrum telis uulneribus altis in ceruice: atque in latere equus perfessus est. Moribundus tamen hac ꝓpe iam exanguis e mediis hostibus regē uiuacissimo cursu rettulit: atq; ubi eum extra tela extulerat: ilico concidit & domini iam supstitis secur9: quasi cum sensus humani solatio aiam expirauit. Tū rex Alexāder pta eius belli uictoria oppidum in iisdē locis cōdidit. atq; ob eq honores bucephalon appellauit. Bucephalon op.

¶ Quæ cā: quodq; initiū fuisse dicat Protagoræ ad philosophiæ īras adeūdi. Ca. iii.

Rotagorā uirum in studiis doctrinarum egregium cuius nomen Plato Protagoras
p lib. suo illi inclito inscripsit adolescentē aiunt uictus q̄rendi gratia in mercede missum Vecturasq; onerū corpore suo factitauisse. quod genus græci βοζαιοντας uocant. Latine baiulos appellamus. Is de proximo rure in abderam Baiulus
oppidum. cuius popularis fuit: caudices ligni plurimos funiculo breui circundatos portabat. Tum forte Democritus ciuitatis eiusdem cuius homo ante alios uirtutis. & philosopię gratia uenerandus quum egrederet extra urbem. uidet illum cum illo genere oneris tam impedito: Ac tam incoibili: facile: atq; expedite incēdentē. Et ꝓpe accedit. & iunctura. posituraq; ligni scite: periteq; factā cōsiderat. Petitque ut paulū acquiescat. Quod ubi protagoras. uti erat petitū fecit. atq; itidē Democritus aceruū illū. & quasi orbē caudicum. breui uinculo compressum rōne quadā quasi geometrica librari: continericq; aiaduertit: interrogauit quis id lignū ita cōposuisset & quum ille a se compositū dixisset: desiderauit: uti soluere: ac denuo in modum eundū collo caret. At postq̄ ille soluit & similiter cōposuit. tum Democritus aī aciē: solertiamq; hois non docti demiratus. Mi adolescēs inqt quum ingeniū benefaciendi habeas sūt maiora melioraq;. quę facere mecū possis. Abduxitq; eum statim. Secumq; habuit. & sumptū ministrauit: & philosophias docuit. & esse eum fecit. quātus postea fuit. Is tamē ꝓtagoras insincærus quidē philosophus. sed accerimus sophistarū fuit. pecuniā quippe igentē. quū a discipulis acciperet annuā. pollicebat se id docere quanā uerborū industria causa infirmior fortior fieret. Quam rem græce ita dicebat ονητον λογον κρειτων ποιειν. i. causam inferiorē superiorem efficere.

¶De uerbo duo & uicesimo.quod uulgo icognitum ẽst a uiris doctis multifariam in libris scriptum est. Cap.iiii.

a Pud sigillaria forte in libraria ego: &.L.Paul9 poeta uir memoria nr̃a doctissimus: cõsideramus: atq; ibi expositi erat Fabii annales bonæ atq; sincære uetustatis libri: quos uẽditor sine mẽdis eẽ contẽdebat: grãmaticus aũt quispiam de nobiliorihus ab emptore ad spectãdos libros adhibitus. repisse unũ in libro mẽdũ dicebat. Sed cõtra librarius in quoduis pign9 uocabat: si in una uspiã littera delictũ eẽt. Ostẽdebat grãmaticus ita scriptũ i li.iii. Quapp tũ primũ ex ple be alter cõsul factus ẽ: duo & uicesimo anno: postq̃ romã galli ceperunt. Nõ inquit duo & uicesimo sed duodeuicesimo scribi oportuit. Quid.n.est: duo & uicesimo?

Duodeuicesimo

Alio quoq; loco hic ita scripsit. Mortu9 est anno duo & uicesimo. Rex fuit ãno .xxi.

¶Cuiusmodi loco cauillatus sit Antiochum regem pœnus Annibal. Cap.v.

Annibalis cauillatio ĩ ãthiocũ Anthioc9

i N libris uetere9 memoria9 scriptũ ẽ Annibalẽ carthaginẽsem apud Regẽ antiochũ facetissimũ cauillatũ eẽ. Ea cauillatio huiuscemodi fuit. Oñdebat ei antiochus ĩ cãpo copias ĩgẽtis: q̃s bellũ po R.o. facturus cõpauerat cõuertebatq; exercitũ insignib9 argẽteis & aureis florẽtẽ. Inducebat ẽt currus cũ falcibus: & elephãtos cũ turrib9. Eqtatũq; frenis: ephippiis: monilib9: phaleris p̃fulgẽtẽ: atq; ibi rex cõtẽplatõe tãti: ac tã ornati exercit9 gloriabũdus annibalẽ aspicit: & putasne inqt cõferri posse: ac satis eẽ credis romanis hæc oĩa: Tũ pœnus eludẽs ignauiã ĩbelliãq; militũ eius p̃ciose armato9 satis plane inqt: satis eẽ credo romanis hæc oĩa: ẽt si auarissimi sunt. Nihil p̃sum: neq; tã lepide: neq; tã acerbe dici põt. Rex de numero exercitus sui: ac de æquiparãda æstimatiõe q̃rebat. Respõdit Annibal de p̃da.

¶De coronis militarib9: quæ sit ea9 triũphalis: q̃ obsidionalis: quæ ciuica: quæ muralis: quæ castrẽsis: quæ naualis: q̃ oualis: quæ oleagina. Cap.vi.

m Ilitares coronæ multifariæ sunt. Qua9 q̃ nobilissimæ sunt has ferme esse accepim9: triũphalẽ: obsidionalẽ: ciuicã: mauralẽ: castrẽsem: naualẽ. Est ea quoq; corona: q̃ oualis dr̃. Est itẽ postrema oleagina: q̃ uti solẽt: qui in p̃lio nõ fuerũt sed triũphũ p̃curãt. Triũphales coronæ sunt aureæ q̃ impatorib9 ob honore triũphi mittunt̃. Id uulgo dr̃ au9 coronariũ. Hæ antiqtus e lauro erãt: post fieri ex auro cœptæ. Obsidionalis ẽ: quã ii q̃ liberati sunt obsidiõe. dant ei duci. q̃ liberauit. Ea corona graminea ẽ. obseruariq; solitũ ut fieret a gramine: qd̃ i eo loco generatũ eẽt. itra quẽ clausi erãt: q̃ obsidebant̃. Hanc coronã gramineã. S.P.Q.R.Q. Fabio maxio dedit bello pœno9 secũdo q̃ urbẽ romã obsidiõe hostiũ liberasset. Ciuica corõa appellat̃: q̃ ciuis ciui a quo seruat9 ẽ ĩ p̃lio testẽ uitæ. salutisq; p̃ceptæ dat. Ea fit e frõde q̃rna. qm̃ cibus uictusq; antiq̃ssimus q̃rcus capi solitus sit. Fit ẽt ex ilicẽ qd̃ genus supiori p̃ximũ est. Sicuti scriptũ est in quadã comœdia Cecilii. Aduehũtur inqt cũ ilignea corona: & clamyde. Dii uestrã fidẽ. Massurius aũt Sabinus in. xi. libro9 memoraliũ. ciuicã coronã tum dari solitã dicit. cũ iis qui ciuẽ seruauerat eodẽ tpe. ẽt hostẽ occiderat. Neq; locũ in ea pugna reliq̃rat. Aliter ius ciuicæ coronę negat cõcessum. Tibe9 tñ cæsarẽ cõsultũ. an ciuicã coronã capę posset qui ciuẽ in p̃lio seruasset. & hostis ibidẽ duos iterfecisset: sed locũ in quo pugnabat nõ retinuisset: eoq; loco hostes potiti essent rescripsisse dicit: eũ quoq; ciuica dignũ uideri: q̃ appareret: etãto inico loco ciuẽ ab eo seruatũ ut ẽt a fortiter pugnãtibus retineri nõ querit. Hac corona ciuica. L. Gel. uir cẽsorinus ĩ senatu Cice. consulẽ donari a rep. censuit q̃ eius

Triũphalis corona

Obsidiõalis corona

Ciuica corona

opera

opera esset atrocissima illa Catilinæ cõiuratio detecta uindicataq;. Muralis est corona. q̃ donat' ab ip̃atore. q prim⁹ mur̃ subiit. Inq; oppidũ hostium p uim ascendit Ic circo q̃si muri pinnis decorata est. Castrensis est corona: q̃ donat eum impator: q primus hostiũ castra pugnãs itroiuit. Ea corona ĩsigne ualli hẽt. Naualis est: q̃ donari solet maritimo p̃lio q prim⁹ in hostiũ nauem ui armatus trãsiliuit: ea quasi nauium rostris insignita est. Et muralis ãt: & castrensis: & naualis fieri ex auro solent. Oualis uero corona myrtea est ea utebant' impatores: q ouãtes introibãt orbem. ouãdi ãt ac nõ triũphandi cã est. quum aut bella nõ rite indicta: neq; cum iusto hoste gesta sunt: aut hostium nomen humile & non idoneũ est: ut seruor̃ piratar̃q; aut deditione repente facta: in puluere (ut dici solet) in cruentaq; uictoria obuenit. Cui facilitati aptã esse ueneris fiondem crediderũt: q; nõ Martius: sed quasi Veneris quidã triũphus foret. Hanc myrteã coronã. M. Cras. cum bello fugitiuor̃ cõfecto: ouãs rediret: insolenter aspnatus est: Senatusq; cõsultum faciundum p gr̃am curauit ut lauro nõ myrto coronaret'. M. Cato obiecit. M. Fuluio nobiliori: q; milites p ambitionem coronis leuissimis de causis donasset: de qua re uerba ipsa apposui Catonis: Nã principio: quis uidit corona donari quenq̃: quum oppidũ captum nõ esset: aut castra hostium incensa nõ essent? Fuluius autem in quem hoc a Catone dictũ est: coronis donauerat milites: quia uallum curauerãt aut quia puteũ strennue foderant. Prætereũ dum nõ est q̃d ad ouatiões attinet: sup quo dissensisse ueteres scriptores accipio. Partim. n. scripserunt: qui ouarent: introire solitos: equo uehentes: & Sabinus Massuri⁹ pedibus ingredi ouantis dici: sequentibus eos: non militibus: sed uniuerso senatu.

¶ Personę uocabulũ q̃ lepide iterp̃tat⁹: q̃q; eẽ uoci ei⁹ originẽ dixerit. C. Ba. Ca. vii.

Epide me hercle: & scite. C. Bassus i libris: quos de origine uocabulor̃ cõ
I posuit: unde appellata psona sit: iterpretat'. A personãdo. n. id uocabulũ
factũ esse coniectat. Nam caput inquit & os: cooperimento p̃sonæ tectũ undiq;: unaq; tm̃ uocis emittendæ uia patuit: qm̃ non uaga: neq; diffusa est i unum tm̃modo exitum collectam: coactãq; uocem: & magis claros: canorasq; sonitus facit. Quoniam igitur indumentum illud oris claresceret: & resonare uocem facit: ob eam causam persona dicta: o littera propter uocabuli formam productiorẽ.

Persona.

¶ Defensus error a uirgilii uersibus: quos arguerat Iulius Higinus grãmaticus. Et ibidem quid sit littus: & de ethymologia uocis eius. Cap. viii.

Pse qrinali lituo: paruaq; sedebat Succinct⁹ trabea. leuaq; ancile gerebat
i In his uersibus errasse Virgiliũ Higinus scribit. tãq̃ nõ aiaduerterit deesse
aliqd hisce uerbis: Ipse qrinali lituo: nã si mihi iquit deesse aiaduertimus: uidet' ita dictũ: ut fiat lituo: trabea succinct⁹: q̃d est inqt absurdissimũ: Quippe quũ
litu⁹ sit uirga breuis in pte: qua robustior est: incuruã: qua augures utunt': quonam mõ succinct⁹ lituo uideri põt? Immo ipe Higin⁹ par̃ aiaduertit si hoc esse dictũ: ut pleraq; dici p defectionem solent: ueluti quũ dr̃. M. Cicero hõ magna eloquẽtia atq; roscius histrio sũma uenustate nõ plenum hoc utrunq;: neq; pfectum est: Sed. n. p pleno atq; pfecto audit' ut Virg. alio in loco Victorẽ buten ĩmani corpore. i. corp⁹ imane habentẽ: Et itẽ alibi i mediũ geminos imani põdere cestus, piecit: ac similiter domus sãme dapibusq; cruentis intus opaca ingens: Sic igit' id quoq; uideri dictum dent picus quirinali lituo erat sicut dicimus statura grãdi capite erat & est ãt & erat & fuit plerunq; absunt cũ elegantia absq; detrimento sniæ: & qm̃ facta litui mentio

Lituus.

est non prætermittendum est quod posse quæri animaduertimus utrum lituus auguralis a tuba: quæ lituus appellatur an tuba a lituo augur: lituus dicta sit? Vtrunq; n. pari forma: & pariter incuruum est. Sed si (ut quidam putant) tuba a sonitu lituus appellata est: ex illo homerico uersu Αἰγὲβιοσ. i. insonauit neruus: necesse est ita accipi ut uirga auguralis a tubæ similitudine lituus uocetur. Vtitur autem uocabulo isto Vir. pro tuba. Et lituo pugnas insignis obibat: & hasta.

Tuba.

¶ Historia de Cræsi filio sumpta ex Herodoti libris. Cap. ix.

Filius crœsi

Filius Cræsi regis quū iam p ætatē fari posset infans erat & quū iam multū adoleuisset: itē nihil fari qbat. mutus adeo & eliguis diu hitus est: quū uero in patrē ei⁹ bello magno uictū: & urbe: in qua erat capta: hostis gladio deductū regē esse ignorās iuaderet: diduxit adolescēs hos clamare nitēs: eoq; nixu: atq; ipetu spūs uitiū: nodūq; līguæ rupit: Planeq; & articulate locut⁹ est clamās in hostē: ne rex Cræsus occideret. Tū & hostis gladiū reduxit & rex uita donat⁹ est & adolescens loq; prsum deiceps incœpit. Hero. i historiis huius memoriæ scriptor est: eiusq; uerba sunt: q̄ prima dixisse filiū cræsi refert ωνορω πεμνητεινε κρόισον. i. Heus hō nō occide crœsum. Sed & qspiam samius athleta: nomē illi fuit αἴγλιο. i. Aegles: quū antea nō loquens fuisset: ob similē dr̄ cām loq; cœpisset: Nā quū i sacro certamie sorticio iter ipsos: & aduersarios nō bona fide fieret: sed sortē nois falsam subiici aīaduertisse: repente in eū q id faciebat sese uidere q̄d facere: magnū inclamauit. Atq; is oris uinculo solutus. p omne inde uitæ tps nō turbide: neq; adhæse locutus ē.

Aegles.

¶ De argumtis: q̄ græce ανθιστρεφοντα appellāt: a nobis reciproca dici pñt. Ca. x.

antistrephonta reciproca.

Nter uitia argumētor: lōge maximū eē uitiū uī eor: q̄ ανθιστρεφοντα græci dicūt. Et qdā ex nr̄is: non hercle nimis absurde reciproca appellauerunt id āt uitiū accidit hoc mō: quū argumentū p̄positū referri cōtra: cōuertiq; in eū pōt: a quo dictū est: & utrūq; pariter ualet: quale ē puulgatū illud quo ptagorā sophistā acerrimū usum eē ferūt: aduersus euathlū discipulum suū. lis nā q; iter eos & cōtrouersia sup pacta mercede hæc fuit. Euathlus adolescens diues eloq̄ntiæ discendæ: cārūq; orādi cupiēs fuit. Is in disciplinā ptagoræ sese dedit datur; q; pmisit mercedē: grādem pecuniā: quantā ptagoras petuerat. Dimidiūq; ei⁹ dedit iā tūc statī: priusq̄ disceret. Pepigitq; ut reliquū dimidiū daret quo prīo die cām apd iudices orasset: & uicisset. Postea quum diutule auditor assectatorq; ptagoræ fuisset & i studio qdē facundiæ abunde pmouisset: cās tñ nō recipet: tpsq; iā lōgum trāscurreret. & facere id uideret: nec reliquū mercedis daret: capit cōsiliū ptagoras sumptū existimabat astutū. Petere istitit ex pacto mercedē. Litē cū Euathlo cōtestat & quū ad iudices cōiciēdæ cōsistendæq; cāæ gra uenisset: tū ptagoras sic exorsus ē. Disce in qt stultissime adolescēs: utroq; id mō fore uti reddas: q̄d peto: siue cōtra te pnūciatū erit. siue p te. nā si cōtra te lis data erit merces mihi ex snīa debebit qa ego uicero. Sin uero fm te iudicatū erit merces mihi ex pacto debebit qa tu uceris. Ad ea rñdit Euathlus potui iqt huic tuæ tā ancipiti captiōi isse obuia: si uerba ipse nō facerē. atq; alio pōno uterer. Sed mai⁹ mihi i ista uictoria pludiū ē: quū te nō in cā tm̄. sed in argumēto quoq; isto uico. disce igit tu quoq; magr̄ sapiētissime utroq; mō fieri uti nō reddā: q̄d petis: siue cōtra me pnūciatū fuerit: siue p me. Nā si iudices p cā mea senserit nihil tibi ex snīa debebit qa ego uicero. Sin cōtra me pnūciauerit. nihil tibi ex pacto debebo qa ego nō uicero. Tū iudices dubiosū hoc iexplicabileq; eē. q̄d utriq; dicebat

rati ne

rati ne ſnīa ſua utrācūq; in pte dicta eēt. ipſa ſeſe reſcinderet. rē iniudicatā reliq̄runt. Cām in diē lōgiſſimā diſtulerūt: ſic ab adoleſcēte diſcipulo magī diſciplinæ eloq̄ntię inclytus: ſuo ſibi argumēto cōfutatus ē: & captiōis uerſutę excogitate fruſtrat⁹ fuit.

¶ Biātis de re uxoria ſyllogiſmū ñ poſſe uideri αντιστρεφοντα. i. reciprocū. Ca. xi.

Xiſtimauit qdē ēt illud Biātis uiri ſapiētis: ac nobilis reſponſū cōſimile eē atq; eſt Protagoriō illud: de quo dixi mō αντίστρεφον. i. reciprocās. nam quū rogatus eēt a quodā bias: deberet ne uxorē ducere an uitā uiuere cæli bē ητοὶ inquit καλην αξειϛ ηαισ χαν: και ει καλὴν εξειϛ κοινην ει δε αι χαν εξειϛ ποινην εκατερον δε ουκ αγαθον: ου λητεον αρα. i. aut pulchrā duces: aut deformē. Si pulchrā habebis cōem. Sin turpē: habebis pœnā. Neutrū aūt bonū. Non eſt igitur ducēda uxor. Sic āt hoc reſpōſum cōuertunt: ει μεν καλην αξω: ου χεξω ποινην ει δε αισκραν: ου χεξω κοινην γαμητεον αρα. i. ſi formoſam ducā: nō habebo pœnā. Sin deformē: non habebo cōem. Ducēda eſt ergo uxor. Sed minime hoc eſſe uī αντίστρεφον. i. reciprocū: qm̄ ex altero latere cōuerſum frigidius eſt: ifirmiuſq; Nam Bias ꝓpoſuit nō eſſe ducendā uxorem pp alterutrū incōmodū: q̄d neceſſario patiendū erit ei: q duxerit. Qui cōuertit aūt: nō ab eo ſe defendit incōmodum: quod adeſt ſed carere ſe altero dicit q̄d nō adeſt. Satis eſt aūt tuendæ ſniæ: quam bias dixit q; eum q duxit uxorem pati neceſſe eſt ex duobus incōmodis alterꝝ: ut aut κοινην. i. cōmunem habeat: aut ποινην. i. pœnā. Sed Phauorinus noſter: quū facta eſſet forte mentio ſyllogiſmi huius: quo Bias uſus eſt: cuius prima προτασις. i. propoſitio eſt ητοι καλην αξειϛ ηαισ χραν. i. aut pulchrā duces: aut turpē: non ratū id: neq; iuſtū diſiunctū eē ait: qm̄ non neceſſariū eſt alterꝝ ex duobus quæ diſiungūtur: q̄d in ꝓloquio diſiunctiuo neceſſariū eſt. Eminētia. n. quædā ſignificari formarꝝ turpes & pulchræ uident. Eſt aūt inqt tertium quoq; iter duo iſta: quæ diſiungūtur cuius rōnem ꝓſpectū q; Bias non habuit. Inter. n. pulcherrimā fœminam & deformiſſimā media quædam forma eſt: quæ a nimie pulchritudinis periculo: & a ſummo deformitatis odio uacat. Qualis a. Q. Ennio in Menalippa: perq̄ elegāti uocabulo ſtata dicitur: q̄ neq; κοινη. i. cōmunis futura ſit: neq; ποινη. i. pœna: quam formā modicam & modeſtam Phauorinus nō me hercule inſcite appellabat uxoriā: Ennius aūt in iſta quā dixi tragœdia: eas fere fœminas ait incolumi pudicitia eſſe quæ ſtata forma forent.

Bias

Protalis

Stata forma

¶ De noibus deorum populi Romani: Diiouis: & ueiouis. Cap. xii.

N antiqs ſpectatiōibus noīa hæc deorꝝ ineſſe aīaduertim⁹. Diiouis & Veiouis. Eſt āt ædes Veiouis Romæ iter arcē & capitoliū. Eorꝝ noium rōnē eſſe hāc cōperi. Iouē latini ueteres a iuuādo appellauerūt. Eundemq; alio uocabulo iūcto patrē appellauere. Nī q̄d eſt i eliſis: aut īmutatis qbuſdā līris Iuppiter id plenū atq; integrꝝ ē. Iouis pr̄. Sic & Neptūnus pr̄ cōiuncte dictus: & Saturn⁹ pr̄: & Ianus pater. & Mars pr̄: hoc. n. eſt Marſpiter. Itēq; iouis dieſpiter appellat⁹. i. diei & lucis pater. Iccircoq; ſimili noīe Diiouis dictus ē: & Lucetius: q̄d nos die & luce quaſi uita ipſa afficeret: & iuuaret Lucetiū autē Iouē Cn. Neuius in libris belli punici appellat. Quū iouē igit̄ & Diiouē a iuuādo noiaſſent eū quoq; cōtra deū q non iuuādi ptātem ſed uim nocēdi hret (Nam deos quoſdā ut ꝓdeſſent celebrabāt quoſdam ut ne obeſſent placabāt) Veiouē appellauerūt. dempta atq; detracta iuuādi facultate. Ve. n. particula quæ in aliis atq; aliis uocabulis uariatim p has duas līras cū a līa media īmiſſa dicit̄ duplicē ſignificatū eundēq; iter ſe diuerſum capit: Nā & au-

diiouis
ueiouis
iuppitter
Neptumnus
Saturnus
ianus
Mars
marſpiter
Dieſpiter
lucetius

Væ gendæ rei & minuẽdæ ualet ſicuti aliæ particulæ plurimæ pp quod accidit: ut q̃dam
Vęſcum. uocabula: qbus particula iſta præponit᷑: ambigua ſint: & utroq; uerſum dicant᷑: uæ
Vęhemẽſ ſcũ uęhemẽs: & uęgrãde: de qbus alio in loco uberiore tractatu facto admonuim⁹.
Vægrãde Veſanos aũt & uecordes ex una tm̃ parte dici: q̃ priuatiua ẽ: quã græci στερητικὸν
Veſanus μορίον. i. priuatiuã pticulã dicunt. Simulachrũ igit᷑ dei Veiouis: qd̃ eſt in æde. de q̃
Væcors ſupra dixi: ſagittas tenet: q̃ ſunt uidelicet paratæ ad nocendũ: Quapropter eũ deum
pleriq; Apollinẽ eſſe dixerunt. Immolaturq; illi ritu humano capra. Eiuſq; aialis fig
mẽtũ iuxta ſimulachrũ ſtat. Propterea Virgiliũ quoq; aiũt multæ antiqtatis hoiem
ſine oſtẽtatiõis odio peritũ: numina: leua i Georgicis dep̃cari: ſignificãtẽ quãdã uim
eſſe huiuſcemodi deor̃ in lædẽdo magis q̃ in iuuãdo potentẽ. Verſus Virg. hi ſunt.
Numina In tenui labor eſt: at tenuis non gloria: ſi quem
leua Numina leua ſinũt: auditq; uocatus apollo. In his aũt diis quos placari oportet:
Arũgus uti mala a nobis: uel a frugibus natis amoueant᷑. Arũgus quoq; hẽtur: & Rubigus.
Rubigus ¶De officiorũ gradu atq; ordine moribus populi romani obſeruato. Cap. xiii.

Enior̃ hoium: & Romæ nobiliũ atq; i mor̃ diſciplinar̃ ueter̃ doctrina
ſ memoriaq; p̃ſtantiũ diſceptatio q̃dam fuit: p̃ſente: atq; audiẽte me de gra
do: atq; ordine officior̃. Cũq; q̃reret᷑ qbus nos ea prioribus: potioribuſq;
facere oporteret: ſi neceſſe eſſet i opa dãdo: faciũ doq; officio: alios aliis anteferre: nõ
cõſtabat. Cõueniebat aũt facile: cõſtabatq; ex moribus po. ro. Primũ iuxta parentes
locũ tenere pupillos debere: fidei tutelæq; nr̃æ creditos. Secũdũ eos ꝓximũ locum
cliẽtes hr̃e q ſeſe itidẽ in fidẽ patrociniũq; noſtrũ dederũt. Tum i tertio loco eẽ hoſpi
tes: poſtea eẽ cognatos: affineſq; huius moris obſeruatiõiſq; multa ſunt teſtimõia: at
q; documẽta i antiqtatibus pſcripta. Ex qbus unũ hoc iterim de cliẽtibus cognatiſq;
qd̃ p̃manibus ẽ: ponemus. M. Cato in or̃one quã dixit apud cẽſores i Lẽtulũ ita ſcri
pſit. q; maiores ſanctius habuere defendi pupillos q̃ cliẽtem nõ fallere. Aduerſus co
gnatos: ꝓ cliẽte teſtat᷑. Teſtimoniũ aduerſum cliẽté nemo dicit. Patrẽ primũ: poſt
ea: p̃onum ꝓximũ nomẽ hr̃e. Maſſurius aũt Sabinus i libro iuris ciuilis tertio: anti
q̃orẽ locũ hoſpiti tribuit: q̃ cliẽti uerba ex eo libro hæc ſunt. In officiis apud maiores
ita obſeruatũ ẽ primũ tutelæ deinde hoſpiti: deide cliẽti: tũ cognato poſtea affini: de
qua cã fœminæ uiris potiores ſunt habitæ: pupillariſq; tutela mulieri p̃lata: & iã ad-
uerſus: quẽ affuiſſent eius filii tutores relicti i eadẽ cã pupillo aderãt. Firmũ atq; cla
rũ iſti teſtimoniũ rei phibet auctoritas. C. Cæſaris põtificis maximi: q i or̃one quã ꝓ
bithynis dixit: hoc pr̃icipio uſus eſt. Vel ꝓ hoſpitio regis Nicomedis: uel ꝓ hor̃ ne-
ceſſitate: quor̃ res agit᷑: refugere hoc munus Mumi nõ potui. Nã neq; hoium mor
te memoria deleri debet: qn a ꝓximis retineat᷑: neq; cliẽtes ſine ſumma infamia deſe
ri poſſunt: quibus & iam a propinquis noſtris auxiliũ ferre inſtituimus.

¶Quod appion doctus hõ: qui polyhiſtor appellatus eſt: uidiſſe ſe Romæ ſcripſit
recognitionẽ inter ſeſe mutuã exuertere amicitia hominis & leonis. Cap. xiiii.

Appion Ppion: qui polyhiſtor appellat⁹ eſt: litteris hõ multis præditus: rerumq;
a græcar̃ plurima atq; uaria ſcięntia fuit. Eius libri nõ incelebres ferunt᷑. qb⁹
oibus ferme: q̃ mirifica in ægypto uiſunt᷑: audiũturq; hiſtoria cõprehẽdit:
Sed in his q̃ audiſſe uel legiſſe ſeſe dicit: fortaſſe a uitio ſtudioq; oſtẽtatiõis fit loqua
cior. Eſt. n. ſane q̃ in p̃iudicãdis doctrinis ſuis uẽdicator. Hoc aũt quod in libro egy-
ptiacor̃ quinto ſcripſit: neq; audiſſe: neq; legiſſe: ſed ipſum ſeſe in urbe roma uidiſſe

oculis

oculis ſuis cõfirmat. In circo maximo inqt uenationis ampliſſime pugna populo da bat. Eius rei (Romæ quũ forte eẽm) ſpectator inqt fui. Multæ ibi ſæuientes feræ: ma gnitudines beſtiarũ excellentes: oiumq; inuſitata: aut forma erat: aut ferocia. Sed pter alia oia leonũ inqt imanitas admiratõi fuit. Præterq; ois ceteros un9. Is unus leo cor poris impetu & uaſtitudine: terrificoq; fremitu: & ſonoro: toris: comiſq; ceruicũ flu ctuantibus aios oculoſq; oium in ſeſe cõuerterat. Introductus erat iter cõpluris cete ros ad pugnã beſtiarũ dacus ſeru9 uiri cõſularis. Ei ſeruo androdus nomẽ fuit. Hũc ille leo ubi uidit ꝓcul: repẽte inqt q̃ſi admiratus ſtetit. Ac deide ſenſim: atq; placide tãq; noſcitabũdus ad hoiem accedit. Tũ caudã more atq; ritu adulantiũ canũ clæmẽ ter & blãde mouet: hoiſq; ſeſe corpori adiũgit. Cruraq; eius & manus ꝓpe iã exaiari metu: lingua leniter demulcet. Homo androdus iter illa tã atrocis feræ blandimẽta amiſſum a um recupat. Paulatimq; oculos ad cõtuendũ leonẽ refert. Tũ quaſi mu rata recognitiõe facta: lætos inqt & gratulabãdos uideres hoiem & leonẽ. Ea re ꝓ fus tam admirabili. maximos populi clamores excitatos dicit. Arceſſitũq; a Cæſare Androdũ: q̃ſitumq; cãm: cur ille atrociſſim9 leonũ uni parciſſet. Ibi Androdus rem mirificã narrat: atq; admirabilẽ. Quũ ꝓuinciã inqt africã ꝓ cõſulari impio me9 dãs obtineret: ego ibi iniqs eius: & quotidianis uerberib9 ad fugã ſum coactus: & ut mi hi a dño terræ illius ꝑſide tutiores latebræ forent: in cãpos & arenas ſolitudines cõ ceſſi. Ac ſi defuiſſet cibus: cõſiliũ fuit mortẽ aliquo pacto q̃rere. Tũ ſole inqt medio rapido & flagrãti: ſpecũ quãdã nactus remotã latebroſamq; in eã me penetro: & re cõdo: neq; multo poſt ad eandẽ ſpecũ uenit hic leo debili uno: & cruẽto pede gemit9 edẽs: & murmura dolorẽ: cruciatũq; uulneris cõmiſerãtia. Atq; illic primo qdẽ con ſpectu adueniẽtis leonis territũ ſibi: & pauefactũ aium dixit. Sed poſtq̃ itrogreſſus inqt leo: uti re ipſa apparuit: i habitaculũ illud ſuũ uidet me ꝓcul deliteſcentẽ: mitis & mãſuetus acceſſit: & ſublatũ pedẽ oñdere mihi & porrigere: q̃ſi opi petẽde gra ui ſus ẽ. Ibi inqt ego ſtirpẽ ingẽtẽ ueſtigio pedis eius herentẽ reuulſi. Cõceptãq; ſaniem uulnere itimo exꝑſſi. Accurat uſq; ſine magna iã formidine ſiccaui penit9: atq; deter ſi cruorẽ. Ille tũc mea opa: & medela leuat9: pede i manib9 meis poſito recubuit & equit. Atq; ex eo die triẽnũ totũ ego & leo in eadẽ ſpecu: eodẽq; uictu uiximus. Nã q̃s uenabat feras: mẽbra opimiora ad ſpecũ mihi ſuggerebat: q̃ ego: ignis copiã non habẽs ſole meridiano torrens edebã. Sed ubi me inqt uitæ illius ferinæ iam pte ſum eſt leone in uenatũ ꝓfecto reliqui ſpecũ: & uiã ferme tridui pmenſus: a militibus ui ſus. apprehẽſuſq; ſum. Et ad dñm ex africa Romã deductus: Is me ſtatim rei capita lis dãnandum dandũq; ad beſtias curauit. Intelligo aũt inquit hunc quoq; leonẽ me tunc ſepato captũ. gram nunc mihi beneficii: & medicinæ referre. Hæc Appion dixiſ ſe Androdũ tradit. Eaq; oia ſcripta circũlataq; tabula populo declarat. Atq; ideo cũ ctis petẽtib9 dimiſſum androdũ: & pœna ſolutũ. Leonẽq; ei ſuffragijs populi dona tum. Poſtea inqt uidebamus androdũ: & leonem loro tenui reuinctũ urbe tota cir cum tabernas ire donari ære androdum floribus ſpargi leonem. Omneſq; fere ubiq; obuios dicere. hic eſt leo hoſpes hominis: hic eſt homo medicus leonis.

Androd9

¶ Corp9 ne ſit uox: an ἀσώματον. i. incorporeũ uarias eẽ ꝓpoſitiones. Cap. xv.

Etus atq; ꝓpetua q̃ſtio inter nobiliſſimos ꝓpoſitos agitata eſt: corpus ne ſit uox incorporeũ: hoc. n. uocabulũ quidã finxerunt ꝓinde. q ꝓ græci dicitur ἀσώματον. Corpus aũt eſt. qd aut efficiens eſt: aut patiẽs id græce dicit

u

Corpus
Vox

τηλρωμενον ητασχονσωμασεστι.i.aut efficiens:aut patiēs corpus eſt.Quā deſi nitionem ſignificare uolens Lucretius ita ſcripſit.Tāgere.n.aut tangi niſi corp9 nul la poteſt res.alio quoq; mō corpus eſſe græci dicunt:το τριχη διαστατον.i.triplici dimenſione diſtās.Sed uocem ſtoici corpus eſſe contendūt.Eamq; eſſe dicūt ictum aera.Plato aūt non eſſe uocem corpus putat.Nō.n.pcuſſus inqt aer:ſed plaga ipſa atq; percuſſio uox ē.ουχαπλωσ πληγη αεροσ εστινη φονη:πλιττει γαρτον αερα και δακτιλοσ παραγομενοσ:και ουδεπω ποιει φονην:αλληποσηπλιγη και σφοδρακαι τοσιδε ωστε ακουστην:γενεσθαι.i.non ſimpliciter plaga aeris uox eſt:nā digitus quoq; aerē percutit:non ita tñ uocē facit.Sed quanta plaga:& ue hemens:& rāta ut audabil s fiat:Democritus ac deīde Epicurus ex idiuiduis corpo ribus uocem conſtare dicunt.Eaq; ut ipſis eoꝝ uerbis utar ρευμαλογων.i. flumen uerboꝝ appellant:hos alioſq; tales:argutæ delectabiliſq; deſidiæ aculeos:eum audi remus:uel lectitaremus neq; in his ſcrupulis:aut emolumentum aliquod ſolidū ad rōnem uitæ pertinens:aut finē ullum quærēdi uideremus:ennianū. Neptolemū ꝓ babamus:qui ꝓfecto ut ait.Philoſophandum eſt paucis:nā omnino haud placet.

¶De ui uocabulorum:atq; uidendi rationibus. Cap.xvj.

d E uidendi rōne:deq; cernendi natura diuerſas eſſe opiniōes philoſophoꝝ aīaduertimus.Stoici cās eſſe uidēdi d cūt:radioꝝ ex oculis in ea q̄ uideri quæūt emiſſionē:acriſq; ſimul intētionē.Epicurus aſſiduere ſemp ex oībus corporibus ſimulachra quædā corporꝝ ipſorū:eaq; ſeſe in oculis inferre.atq; ita fieri ſenſum uidēdi putat.Plato exiſtimat genus quoddā ignis luciſq; de oculis exire.idq; cōiunctum:continuatūq; uel cū luce ſo is.uel cū alterius ignis lumine:ſua ui:& ex terna nixū efficere:ut quæcunq; offenderit:illuſtrauerintq; cernamus, Sed & hic:ea q̄ differimus imaginandū.Eiuſdēq; illius Enniani neoptolemi:de quo ſupra ſcripſi mus:cōſilio utendū eſt:q; deguſtandū ex phia cenſet non in eā ingurgitandum.

¶Quā ob cām dies primi poſt calendas:nonas idus atri habeant:& cur diē quoq; quar tū ante calēdas:uel nonas uel id9 q̄ſi religioſum pleriq; uitant. Cap.xvij.

Atridies u Errius flaccus in quarto de uerborꝝ ſignificatiōe dies:q; ſunt poſtridie ca lēdas nonas:idus quos uulgus impite nefaſtos dicit:pp hāc cām dictos habitoſq; atroſq; eſſe ſcribit.Vrbe inqt a gallis ſenonib9 recupata.L.Atti lius i ſe natu uerba fecit.Q.Sulpitiū tri.militū ad gallīā aduerſus gallos pugnaturꝝ rē diuinā dimicādi grā poſtridie idus feciſſe.Tū exercitū po.ro.occidiōe occiſum:& poſt diē tertiū eius diei urbē ꝑter capitoliū captā eſſe.Cōplureſq; alij ſenatores recor dari ſeſe dixerūt quotiēs belli gerēdi grā:res diuina poſtridie calendas.nonas idus.a magīratu po.ro.facta cēt eius belli ꝓximo deiceps p̄lio rēp.male geſtā eſſe.Tū ſena tus eā rē ad pōtifices reiecit:ut ipſi q̄d uideret:ſtatuerēt.Pontifices decreuerūt nullū iis diebus ſacrificium recte futurꝝ ante diē quoq; quartū calēdas:uel nonas:uel id9: tanq̄ inominalē diē pleriq; uitant.Eius obſeruatiōis an religo ulla ſit tradita quæri ſo let.Nihil ſuper ea re ſcriptum inuenimus.niſi q̄ Claudius annalium quinto cladem illam pugnæ cānenſis uaſtiſſimam factā dicit ante diem quartum nonas ſextiles.

¶In quo & quantū differat hiſtoria ab annalib9.Superq; ea re uerba poſita ex libro rerum geſtarꝝ Sempronii Aſellionis primo. Cap.xviii.

h Iſtoriam ab annalibus quiddā differre eo putant:q; quum utrūq; ſit rerꝝ geſtarꝝ narratio.eam tñ proprie rerum ſit hiſtoria quibus rebus gerendis interfuerit

interfuerit is:qui narret:Eamq; esse opinionem quorundā Verrius Flaccus refert in libro de significatu uerboꝝ quarto. Ac se quidē dubitare sup ea re dicit. Posse āt uideri putat nonnihil esse rōnis in ea opinione:q; historia græce significat reꝝ cognitiōe p̄sentium. Sed nos audire soliti sumus annales oīno id esse:quod historiæ sint. Historias non omnino esse id:quod annales sint. Sicuti quod est hō:id necessario animal ē quod est animal:non id necesse est hoīem esse. Ita historias quidē esse aiunt rerū gestarꝝ:uel expositionem:uel demonstrationē:uel quo alio nomine id dicendū est. Annales uero esse: quum res gestæ plurium annoꝝ:obseruato cuiusq; anni ordine deinceps componunt. Quum uero non per annos:sed per dies singulos res gestæ scribūtur:ea historia græco uocabulo ἐφημερὶσ. i. diarium dicitur. Cuius latinū interpretamentum scriptum esse in libro Asellionis primo:ex quo libro plura uerba adscripsimus:ut simul ibidem:quid ipse inter res gestas:& annales esse dixerit:ostēderem?. Verꝝ inter eos inqt:q annales relinquere uoluissent:& eos q res gestas a Romanis p scribere conati essent:oīum reꝝ hoc interfuit:Annales libri nīmodo qd factū quoq; anno gestū ue sit id demōstrabāt. Id eoꝝ est:q quasi diariū scribūt:quā græci ἐφημερίδα uocāt. Nobis non mō satis esse uideo:qd factum esset id pnūciare:sed ēt quo cōsilio:qua rōne gesta cēnt:demōstrare. Plato aūt post idē Asellio in eodē li. nā neq; alacrioris ad rēp. defendendā neq; segnioris ad res pperam faciundas annales cōmouere quicq; possunt. Scribere aūt bellum quo initiū consule:& quō confectum sit:& qs triūphans introierit:exq; eo libro:q̄ in bello gesta sunt iterare:id fabulas esse p̄dicare ait:aut interea quid senatus decreuerit:aut quæ lex:rogatiōe lata sit:neq; quibꝰ consiliis ea gesta sunt iterare:id fabulas pueris est narrare non historias scribere.

Historia

Annales

Ephemeris

Diarium

¶Quid sit adoptatio:qd item sit arrogatio:quantūq; hæc inter se differant:uerbaq; eius quæ qualiaq; sint:q in liberis arrogādis super ea re populū rogat. Cap. xix.

VUm in alienā familiam:inq; liberoꝝ locum extranei sumunt aut p prætorē fit aut p populū. Quod per prætorē fit:adoptatio dī. Quod per populum arrogatio. Adoptātur āt:quū a parente:in cuius ptāte sunt:tertia mācipatōe in iure cedunt. Atq; ab eo qui adoptat:apud eū:apud q̄ legis actio ē:uindicant. Arrogant ii:q quū sui iuris sint in alienā sese ptātem tradūt. Eiusq; rei ipsi auctores fiūt. Sed arrogatiōes nō temere nec inexplorate cōmittunt. Nā comitia arbitris pōtificibus p̄bēt:q̄ cūriata appellant. Aetas quoq; eius:q arrogare uult:an liberis potius gignādis idonea sit:bonaq; eius:qui arrogat. ne illudiose appetita sint. cōsiderat. iusq; iurādū a pōti. maxi. cōceptū dī. qd in arrogando iurare. Sed arrogari non pōt. nisi iā uesticeps. Arrogatio āt dicta. quia genus hoc in alienā familiā transitus p populi rogationē fit. Eius rogationis uerba hæc sunt. Velitis. Iubeatis uti. L. Valerius. L. Titio tā iure. legeq; filius sibi fiat. q̄ si ex eo patre matreq; familias eius natus esset. Vtiq; ei uitæ necisq; in eum potestas fiet uti patri ēdo filio est hæc ita ut dixi ita uos quirites rogo. Neq; pupillus aūt. neq; mulier. quæ in parentis potestate ē arrogari potest quoniam & cum fœminis nulla comitioꝝ cōmunio est & tutoribus in pupillos tantā esse auctoritatem potestatemq; fas non est ut caput liberū fidei suę cōmissum aliene ditioni subiiciant. Libertinos uero ab ingenuis adoptari quidē iuræ posse Massurius Sabinus scripsit sed id neq; pmitti dicit neq; permittendum esse un q̄ putat ut hoīes libertini ordinis per adoptionem in iura ingeniorū inuadant. Alioquin inqt si iuris ista antiquitas seruet etiā seruus a domino p prætorem dari in ado-

adoptatio

arrogatio

ptionē pōt. Idq; ait plerosq; iuris ueteris auctores posse fieri: scripsisse. Animaduerti mus i oratione. P. Scipionis: quā cēsor habuit ad populū de moribus: iter ea: q̄ reprehendebat: q; cōtra maiores instituta fierent: id etiā eū culpauisse. q; filius adoptiuus patri adoptatori inter premia patrū prodesset. Verba ex oratione hæc sunt. in alia tribu patrem: in alia filium suffragium ferre. Filium adoptiuum tam p̄cedere: q̄ si senatum habeat absentis censeri iubere: ut ad censum nemini necesse sit uenire.

¶ Quod uocabulū latinū solœcismo fecerit Capito asinius: qd aūt ipsum appellauerint ueteres latini: qbusq; uerbis solœcismū definierit idē Capito asinius. Cap. xx.

Solecismꝰ imparilitas Stribiligo

Olœcismus latino uocabulo ab asinio Capitone: eiusdēq; ætatis aliis imparilitas appellatus: a uetustioribus latinis stribiligo dicebat̄: a uersura uidelicet & prauitate tortuosæ orationis: tanq̄ sterobligo q̄dā. Quod uitiū Asinius capito i lr̄is: quas ad Clodiū Thuscū dedit hisce uerbis definit. Solœcismus est iqt impar & inconueniens cōpositura partium orationis. Quum græcū aūt uocabulū sit solœcismus: an attici hoies: qui elegantius locuti sunt: usi eo sint quæri solet. Sed nos neq; solœcismum neq; Barbarismum apud græcorum idoneos adhuc inuenimus. Nam sicut βαρβαρον. idest Barbarum: ita σολοικον idest solœcū dixerunt. Nostri quoq; antiquiores solœcum facile: solœcismum haud scio an unq̄ dixerit. Quod si ita est neq; in græco: neq; in latino solœcismus probe dicitur.

Barbarismum Solœcus

Pluria Cōpluria

¶ Pluria qui dicat: & cōpluria: & cōpluries non barbare dici sed latine. Cap. xxi.

Luria forte qs dixit sermocinans uir apprime doctus meꝰ amicus nō hercle studio ferens ostētādi: neq; quo plura dicēdū nō putaret. Est. n. doctrina hō seria: & ad uitæ officia deuicta: ac nihil de uerbis laborāte. sed opinor assidua ueterū scriptoꝝ tractatōe inolcuerat linguæ illius uox: quā in libris sæpe offenderat. Aderat: quū ille hoc dixit: reprehensor audaculus uerborū. qui ꝑpauca eadēq; a uulgo p̄trita legerat. Habebatq; nōnullas disciplinæ grāmaticæ inaudaciū culas: partim rudis incohataq;: partim non probas. Easq; q̄si puluerē ob oculos: quū adortus quemq; fuerat aspergebat. Sicut tūc amico nr̄o barbare iquit dixisti pluria. Nā neq; rōnē uerbū hoc: neq; auctoritates hēt. Ibi ille amicus rides: amabo te iquit uir bone: qa nūc mihi a magnis seriisq; rebꝰ ociū ē uelī doceas nos: cur pluria siue cō pluria (nihil. n. differt) nō latine sed barbare dixerint. M. Cato &. Q. Claudius: Vale antias. L. Lelius. P. Nigidius. M. Varro: quos subscriptores. approbatoresq; hurꝰ uerbi habemus: Præter poetarū oratorūq; ueterū multā copiā. Ad quæ ille nimis arrogāter: tibi iquit habeas auctoritates istas: ex faunorū: & aboriginū sæculo repertitas: atq; huic rōni respondeas. Nullū. n. uocabulū neutrū cōparatiuū: numero pluratiuo: casu recto: an te extremū a hēt i lr̄am sicuti meliora: maiora: grauiora. ꝑinde igit̄ plura & nō pluria dici cōuenit: ne cōtra formā ꝑpetuā i cōpatiuo i lr̄a sit ante extremū a. Tū ille amicꝰ noster quū hoiem cōfidētē pluribꝰ uerbis nō dignū existimaret. Asinii inqt Capitonis doctissimi uiri epistolæ sūt. uno in lib. multæ opinor postæ in tēplo pacis. Prima epistola scripta est ad Pacuuiū Labeonē cui titulus præscriptꝰ ē pluria nō plura dici debere. i ea epistola rōnes grāmaticas posuit. ꝑ quas docet pluria latinū eē plura barbarū. Ad Capitonē igit̄ te dimittimꝰ. Ex eo id quoq; simul disces. si mō assequi poteris qd̄ in ea epistola scriptū est. pluria siue plura absolutum ē siue simplex. nō ut tibi uidet̄ cōparatiuum. Huius opinionis asiniane id quoq; admētū ē q; compluries quū dicimus nō comparatiue dicimus. Ab eo aūt qd̄ est com

pluria: aduerbiū eſt factum cōpluries. Id quoq; qm̄ minus uſitatū eſt: uerſum Plauti ſubſcripſi ex comœdia: q̄ perſa inſcribitur. Quid metuis? do. Metuo hercle uero. Senſi ego cōpluries. Itē. M. Cato in quarto originū eodē in loco ter hoc uerbū poſuit. Compluries coꝫ milites mercenarii inter ſeſe multi alteri alteros occidere. Cōpluries multi ſimul ad hoſtis tranſfugere. Compluries in imperatorē impetum fecere. Cōpluries

¶ Aulí Gelíí noctium atticarum commentariī: Liber ſextus.

¶ Quemadmodum reſponderit Chryſippus aduerſus eos: qui prouidentiam conſiſtere negauerunt. Cap. i.

h Omines feciſſe dr̄ tātam uim eſſe erūnaꝫ: & maloꝫ aduerſus ea Chryſippus: quū ī libro περι προνοιασ. i. de ꝓuidētia quarto diſſereret: nihil ē ꝓrſus iſtis inqt nihil impitius: q opinant bona eſſe potuiſſe: ſi nō eſſent itidē mala. Nā cū bona malis contraria ſint: utraq; neceſſariū eſt oppoſita iter ſeſe: & q̄ſi mutuo aduerſoq; ſulta nixu cōſiſtere. Nullū adeo contrariū ſine contrario altero: quo n. pacto iuſticiæ ſenſus eſſe poſſet: niſi eēnt iniuriæ? Aut qd aliud iuſticia ē: q̄ iniuſticiæ priuatio? Quid itē fortitudo itelligi poſſet: niſi ex ignauiæ oppoſitiōe? Quid cōtinētia: niſi ex intēperātię? Quo itē mō prudētia eēt niſi foret cōtra īprudentiā. Proīde inqt hoies ſtulti: cur nō hoc ēt deſiderant: ut ueritas ſit: & nō ſit mendaciū. Nāq; itidē ſunt bōa & mala: fœlicitas: & īfortunitas: dolor & uoluptas. Alteꝫ. n. ex altero (ſicuti Plato ait) uerticib9 iter ſe cōtrariis deliquatū ē. Si tuleris unū: abſtuleris utiq;. Idē Chryſipp9 in eodē lib. tractat: cōſideratq; dignū eſſe id q̄rí putat: ει αι των ανθρωπων νοσοι καταφυσιν γινονται. i. an hoīum morbi fm naturā ꝓueniat. i. natura ne ipſa reꝫ: uel ꝓuidētia: q̄ cōpagē hāc mūdi: & genus hoīum fecit: morbos quoq;: & debilitates: & ægritudines corpoꝫ: quas patiunt hoies fecerit: Exiſtimat āt nō fuiſſe hoc prīcipale naturæ cōſiliū: ut faceret hoies morbi obnoxios: Nunq̄. n. hoc cō ueniſſe naturæ auctori parentiq; reꝫ oīum bonaꝫ: Sed quū multa inqt atq; magna gigneret pareretq; aptiſſima: & utiliſſima alia quoq; ſimul agnata ſunt incōmoda iis ipſis q̄ fiebat cohærētia. Eaq; nō per naturā ſed per ſeq̄las quaſdā neceſſarias facta dicit qd ipſe appellat. κατα παρακολουθησιν. i. ꝑ ſequellā. Sicut inqt quū corpora hominū natura fingeret. rō ſubtilior & utilitas ipſa opis poſtulauit. ut tenuiſſimis minutiſq; oſſiculis caput cōpingeret. Sed hāc utilitatē rei maioris. alia q̄dā īcōmoditas extrinſecus cōſecuta ē ut fieret caput tenuiter munitū. & ictibus offenſiōibuſq; puis fragile. Proinde morbi quoq; ægritudines parte ſunt dū ſalus paritur. Sic hercle inqt dū uirtus hoībus per cōſiliū naturæ gignit itidē per affinitatē contrariam nata ſunt. ¶ Quo itidem modo: & uim neceſſitatemq; fati conſtituerit & eſſe tamen in nobis conſilii: iudiciiq; noſtri arbitrium confirmarit. Cap. ii.

f Atum: qd greci πεπρομενην: uel ειμαρμενην uocāt ad hāc ferme ſniam Chryſipp9 ſtoicę prīceps phīæ definit. Fatū ē inqt ſempiterna q̄dā & ideclinabilis ſeries reꝫ: & catena uoluēs ſemetipſa ſeſe & ſplicās ꝑ æternos cōſeq̄ntiæ ordīes: ex qbus apta cōnexaq; eſt. Ipſa āt uerba Chryſippi: q̄tū ualui: memoria adſcripſi. ut ſicut meū iſtud īterpretamentū uidebit eē obſcurius id ipſius uerba aīaduertat. In libro. n. περι προνοιασ. i. de prouidētia quarto ειμαρμενην fatū eſſe Fatum

dicit: φυσικήν τίνα σύνταξιν τῶν ὅλων ἀξαίλιόν τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἑπακολουθούμενον καὶ μεταπολυμένην οὖν ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης σημπλοκῆς. i. naturalē quendā ordinē oium rex ex æterno aliis ad alia cōsequentibus & incō mutabili manente eiuscemōi cōplicatōe: Aliaq; aūt opinionū disciplinaq; auctores huic definitiōi ita obstræpūt: si Chrysipp⁹ inquntfato putat oīa moueri: & regi: nec declinari: trāscendiq; posse agmina fati: & uolumia: peccata quoq; hoium & delicta nō subsistenda: neq; cōdicenda sunt ipsis: uolūtatibusq; eoꝝ: sed necessitati cuidā: & i stantiæ q̄ oriť ex fato: oiumq; rerꝝ domina: & arbitra: p quā necesse sit fieri: qcqd futurꝝ est. Et propterea nocentiū pœnas legibus inique cōstitutas: si hoies ad maleficia non spōte ueniunt: sed fato trahunť: Cōtra ea Chrysippus tenuiter multa: & argute disserit. Sed oium fere: q̄ sup ea rescripsit: snīa huiusce modi est. Quāq̄ ita sit inqt ut rōne principali quadā necessario coacta: atq; cōnexa sint fato oīa: ingenia tñ ipsa mētium nostrarꝝ: pinde sunt fato obnoxia: ut ꝓprietas eoꝝ est ipsa & q̄litas. Nā si sunt ꝑ naturā primitus salubriter: utiliterq; ficta: cēm illā uim: q̄ de fato extrinsecus igru it: inoffensius: tractabiliusq; transmittūt. Sin uero sunt aspera: & iscita: & rudia: nul lisq; artiū bonarꝝ adminiculis sulta: & si paruo siue nullo fatalis icōmodi cōflictu ur geanť: sua tñ leuitate: & uoluntario ipetu in assidua delicta: & in errores ruunt. Idq; ipsum ut ea rōne fiat: naturalis illa: & necessaria rerꝝ cōsequentia efficit: quæ fatū uocatur. Est. n. genere ipso: quasi fatale: & consequēs ut mala ingenia peccatis: & erroribus nō uacent. Huius deinde rei exēplo non hercle nimis aliene: neq; illepide utitur.

Cylindr⁹ Sicut inqt lapidē cylindrū si per spacia terræ prona: atq; diruta iacias: cām quidem ei: & initiū præcipitātiæ feceris: mox tñ ille præceps uoluit: non qa tu id iā facis: sed qm̄ ita sese modus eius & formæ uolubilitas habet. Si ordo & ratio & necessitas fati: genera ipsa: & principia causarꝝ mouet. Impetus uero consiliorꝝ: mētiumq; nostrarꝝ actionesq; ipsas: uoluntas cuiusq; ꝓpria: & animoꝝ ingenia moderant. Infert deīde uerba hæc iis: q̄ dixi cōgruentia. Διοὐποτῶν πυθαγορείων οὐτόσυρη ται. Ὑπώσι ἄνθρωπους ἀνθαίρετα πήματα ἐχόντας ὥστων βλαβῶν ἑκάστοις παράντοις γινομένων: καὶ καθορμὴν αὐτῶν ἀμάρτανον τῶντε καὶ βλαπτομένων καὶ κατάτην αὐτῶν διάνοιαν καὶ πρότεσιν i. quāobrem a pythagoreis sic dr̄. Nosces hoies spontaneas haurire calamitates: quasi detrimenta singulis a seipsis fiant: & suo impetu delinquāt: & incōmoda ruant sua uoluntate atq; proposito. Propterea negat oportere ferri audiriq; hoies aut nequam aut ignauos: & nocētes: & audaces: q quū in culpa: & maleficio reuicti sunt: pfugiunt ad fati necessitatem: tanq̄ in aliquod fani asylum: & quæ pessime fecerunt. ea nō suæ temeritati: sed fato esse attribuēda dicūt. Primus aūt homo sapientissimus & antiquissimus poetarꝝ dixit in hisce uersibus.

ὤποποι. οἷον ἄνθεους βροτοὶ αἰτιόωνται.
ἐξ ἡμέων γὰρ φασὶ κακὰ μέμεναι. ἠδὲ καὶ αὐτοὺς.
σφίσιν ἀτασθαλίσιν. ὑπὲρμορον. ἄλγε ἔχουσιν.

Hei mihi qd dānant mortales numia cæli. Esse aiūt eteni p nos mala. cum tñ ipsis. Vecordi præter fatum sint mente dolores. Itaq;. M. Cicero in lib. quem de fato scrisit quum qōnem istā diceret obscurissimā esse & implicatissimā. Chrysippum quoq; philosophū non expedisse se in ea refert his uerbis. Chrysippus æstuans laboransque quonā pacto explicet: & fato oīa fieri: & esse aliquid in nobis intricarur hoc modo.

¶ Historia sumpta ex libris Tuberonis de serpēte inusitatæ lōgitudinis. Cap. iii.

Vbero in hiſtoriis ſcriptum reliqt: bello primo punico Attilium Regu-
t lum conſulē in africa caſtris apud Bragadā flumen poſitis prœlium grā
de: atq; acre feciſſe aduerſus unum ſerpentē in illis locis ſtabulantē inuſi- Serpens
tate immanitatis. Eūq; magna totius exercitus cōflictiōe baliſtis: atq; catapultis diu imanis
oppugnatū: Eiuſq; interfecti longū coriū pedes centum: & uiginti. Romā miſiſſe.
¶Quid idē Tubero nouæ hiſtoriæ de Attilio Regulo a Carthaginēſibus capto me
moriæ mādauerit. Quid etiā Tuditanus ſup eodē Regulo ſcripſerit. Cap. iiii. Attilius
Vod ſatis celebre de Attilio Regulo id nuperrime legimus ſcriptū i Tu regulus
q ditani libris. Regulū captū ad ea q̄ in ſenatu Romę dixit: ſuadēs ne capti
ui cū Carthaginenſibus p̄mutarent̄. id quoq; addidiſſe. Venenū ſibi car-
thaginēſes dediſſe nō p̄ſentandū: ſed eiuſmōi q̄ mortē i diē p̄ferret: eo cōſilio: ut uiue
ret qdē tātiſp: quoad fieret p̄mutatio. Poſt āt graſſāte ſenſim ueneno cor tabeſceret.
Eūdē uero Regulū Tubero i hiſtoriis rediiſſe carthaginē: nouiſq; exēploꝝ mōis ex
cruciatū a pœnis dicit. In atras iqt & p̄fūdiſſimas tenebras eū claudebāt. ac diu poſt
ubi erat uiſus ſol ardētiſſimꝰ repēte educebāt: & aduerſus ictꝰ ſolis oppoſitū cōtine-
bāt. Atq; itēdere i cęlū oculos cogebāt. Palpebras quoq; eiꝰ: ne cōuiuere poſſet ſurſū
ac deorſum diductas iſuebāt: Tuditanꝰ āt ſōno diu p̄hibitū atq; ita uita priuatū re
fert. Idq; ubi Romę cognitū ē: nobiliſſimos pœnoꝝ captiuos liberis reguli a ſenatu
deditos & ab iis i armario muricibꝰ p̄fixo deſtitutos: eadēq; iſōnia cruciatos iteriſſe.
¶Quod Alphēus iuriſconſultus i uerbis ueteribꝰ interpretādis errauit. Ca. v.
Lphenus iuriſcōſultus. Ser. Sulpitii diſcipulus reꝝq; atticaꝝ nō incurio
a ſus: i lib. digeſtoꝝ. xxx. &. iii. Cōiectaneoꝝ āt ſecundo in fœdere inqt: qd
iter po. ro. & Carthaginēſes factū & ſcriptū iuenit̄: ut carthaginēſes quot Purum
annis po. ro. darēt certū pōdꝰ argēti puri. puti q̄ſitū ē qd eēt argētū puꝝ putū? rn̄dit Putum
ego iqt puꝝ putū ualde puꝝ ſicut nouū nouiciū dicimꝰ: & p̄priū p̄pritiū: augere at argētum
q; itēdere uolētes noui atq; p̄pti ſignificationē: Hoc ubi legimus mirabamur eandē Nouum
affinitatē uiſā eē Alpheno puri & puti: q̄ ſit noui & nouitii. Nā ſi eēt puritiū tū ſāne Nouitiū
uideret̄ dici: q̄ſi nouitiū id ēt miꝝ fuit: qd nouitiū p augēdi figurā dictū exiſtimauit: Propriū
quū ſit nouitiū nō q; magis nouū ſit: ſed qd a nouo dictū īclinatūq; ſit. Is ergo aſſen propitiū.
timus q putum eē dicunt a putādo dictū: & ob eā cām prima ſyllaba breui p̄nūciāt Putare
nō lōga: uti exiſtimaſſe Alphenum uī: qa puro id eſſe factum ſcripſit. Putare āt uete
res dixerūt: uacātia ex quaq; re: ac nō neceſſaria: aut ēt obſtātia: & aliena auferre & ex
cidere: & qd eſſet utile: ac ſine uitio uideret̄ relinq̄re. Sic nāq; arbores & uites & ſic ēt
rōnes putari dictum. Verbum autē ip̄m puto: qd declarandæ ſn̄iæ nr̄æ cā dicimus:
nō ſignat p̄fecto aliud. q̄ id agere nos i re dubia obſcuraq; ut deciſis amputatiſq; opi
nionibus: qd uideat̄ eſſe ueꝝ & integrū: & icorruptum retineamus. Argētum ergo
in carthaginēſi fœdere putum eē dictum q̄ſi exputatū excoctumq; oīq; aliena mate
ria carens. oībuſq; ex eo uitiis detractis: emaculatū & candefactum. Scriptum eſt
aūt puꝝ putum non in carthaginenſi ſolū fœdere: ſed quum in multis aliis ueterum
libris: Tum etiam in. Q. Enni tragœdia. quæ inſcribitur Alexander: & in ſatira. M.
Varronis quæ inſcripta eſt. Δὶσ παῖδεσοι ϒεροντεσ. i. bis pueri ſenes.
¶Temere inepteq; repræhenſum eſſe a Iulio Higino Virgilium: q; præpetes dædali
pennas dixerit atq; ibi quid ſint aues præpetes. Et quid illæ ſint aues: quas
d Nigidius in fetas appellauit. Cap. v.
Edalus: ut fama eſt: fugiens minoia regna.

Præpetes aues

Præpetibus pennis ausus se credere cælo.
Insuetum per iter gelidos enauit ad arctos. In his Virgilii uersibus reprehendit Higinus præpetibus pēnis quasi iproprie & inscite dictū. Nā prępetes iquit aues ab auguribus appellant: quæ aut opportune ꝑuolant: aut idoneas sedes capiūt. Nō ap te igit' usum uerbo augurali existimauit in Dædali uolatu nihil ad augur̄ disciplinā ptinente. Sed Higinus minus hercle ineptus est: cū quid ꝑpetes essent se scire ratus est. Virgilium āt & Trimatium doctū uir̄ ignorasse: qui i secundo iliadis uictoriā uoluchrē ꝑpetem appellauit in hoc uersu. Dū dat uincenti ꝑpes uictoria palmā: cur aūt non. Q. quoq; Ennium reꝓhendit? qui in annalibus nō ut Virg. pennas Dædali ꝑpetes: sed longe diuersius iquit. Brundusium pulchro ꝑcinctum ꝑpete portu. Et si uim potius naturāq; uerbi cōsideasset: neq; id solum: qd augures dicerent ispexisset uenia ꝓrsus poetis daret similitudine & trāslatiōe uerbor̄ nō significatiōe utentib9: nam qm̄ non ipse trā aues: quæ prosperius præuolant: sed etiam loci quos capiūt: q; idonei fœliceq; sunt: ꝑpetes appellantur. Iccirco Dædali pennas præpetes dixit: qm̄ ex locis in quibus periculum metuebat: in loca tutiora peruenerat: Locos porro præ petes & augures appellant. Et Ennius in annalium primo dixit.
Præpetibus hilares sese: pulchrisq; locis dant.

Aues inferæ

Auibus aūt ꝑpetibus cōtrarias auis iferas appellari Nigidius figulus in lib. i. augurii priuati ita dicit. Discrepat dextra sinistræ: ꝑpetibus inferæ. Ex quo est cōiectare ꝑpe tes appellatas: q̄ altius sublimiusq; uolitent quū differre a ꝑpetibus Nigidius iferas dixerit. Adolescens ego Romę: tum quum etiā ad grāmaticos ita rem audiui Apol linarem Sulpitiū: quem in primis sectabar: quum de iure augurio quæreret': & mē tio ꝑpetum auium facta esset. L. Claro præfecto urbis dicere prępetes sibi uideri esse alites: quas Homerus ταναὺπτερυγας. i. exporreptas passasq; & ꝓtensas habentes alas appellauerit. Quoniam istas potissimum augures spectarent: quæ ingentibus alis patulæ: atq; porrectæ præuolarent. Atq; ibi hos Homeri uersus dixit.

τὴνηὲοι ωνοίσι ταναὺπτερίγεσσι κελεύεις
πειθοίαθαι τῶν οὐτιμεταρέτομον ἀσλεγέως.

Me tu præpetibus parere uoluchribus ipsum
Mandas: quas equidem temnoq; animoq; recuso.

Acca larentia Caia tarratia

¶ De Acca Larētia: & Caia Tarratia: deq; origie sacerdotii frm Arualiū. Cap. vii.

a

Ccæ Larentiæ: & Caiæ Tarratię: siue illia suffetia est noia i antiqs ānalib9 celebria sūt. Eaq; alteræ post mortē: Tarratię āt uiuæ amplissimi honores a po. ro. habiti: & Tarratiā qdem uirginē uestæ fuisse lex horatia testis est q̄ sup ea ad populū lata q̄ ei plurimi honores fiunt. Inter quos ius quoq; testimōii di cendi tribuit'. Testabilisq; una oīum fœminar̄ ut sit dat': Id uerbū est ipsi9 legis ho ratiæ. Cōtrariū ē i. xii. tabulis scriptū. Improb9 itestabilisq; esto. Prętera si. lx. ānos nata sacerdotio abire: ac nubere uoluisset: ius ei ptāsq; exaugurādi atq; nubendi fctā est: munificentiæ & bñficii grā: q; cāpū tiberinū: siue martiū po. ro. cōdonasset: Sed acca larentia corp9 in uulgus dabat pecuniāq; emeruerat ex eo q̄stu uberem ea testa mento ut i Antiatis historia scriptū est romulū regem ut qdā āt alii tradiderūt po. ro. bōis hæredem fecit ob id meritū a flamine qrinali sacrificiū ei publicæ fit & dies e noie eius i fastos addit9: sed sabinius Massur̄ i prio memoraliū secutus quosdā hi storiæ scriptores: Accā larentiā Romuli nutricem fuisse dicit. Ea inqt mulier ex. xii. filiis maribus unū morte amisit. In illius locū Romulus Accæ Larentiæ sese filium.

dedit. Sed & cæteros eius filios fratres aruales appellauit. Ex eo tpe collegiũ manſit aruales
fratrũ arualium numero. xii. cuius ſacerdotii inſigne eſt ſpicea corona: & albæ ifulæ. fratres

¶ De Alexandro: & de. P. Scipione memoratu digna. Cap. viii.

α Πτιανοσ græcus homo: qui πολυιστωρ. i. multiſcius eſt appellatus: facili atq; alacri facũdia fuit. Is quũ de Alexãdri regis laudibus ſcriberet: ui Alexãder
cti inqt hoſtis uxorẽ facie iclyta mulierẽ uetuit ĩ cõſpectũ ſuũ deduci: ut
eã ne oculis ſuis qdẽ cõtigeret. Lepida igit̃ quæſtio agitari põt: utrũ uideri cõtẽtiorẽ
parſit. P. ne Africanũ ſupiorẽ q carthagĩe ampla ciuitate ĩ hiſpania expugnata uirgi P. Scipio
nem tẽpeſtiuã: forma egregia: nobilis uiri hiſpani filiã captã: ꝓductãq; ad ſe pri iuio africanus
latã reddidit: an regẽ alexãdrũ q Darij regis uxorẽ: eãdẽq; eiuſdẽ ſororẽ plio magno
captã quã eẽ audiebat exuperanti forma: uidere noluit: ꝓduciq; ad ſe prohibuit. Sed
hãc utranq; declamatiunculã ſup Alexãdro: & Scip. celebrauerit: quibus abũde ingenii & ocii: & uerboꝝ eſt. Nos ſatis habebimus: qd ex hiſtoria eſt: id dicere. Scipio
nem iſtũ & uero ne an falſo incertum fama tñ: quum eſſet adoleſcens: haud ſincera
fuiſſe: & ꝓpemodum conſtitiſſe hoſce uerſus a Cn. Neuio poeta in eũ ſcriptos eſſe.

Etiam qui res magnas manu ſæpe geſſit glorioſe
Cuius facta uiua nunc uigent. qui apud gentis ſolus
Præſtat eum ſuus pater cum pallio una ab emica abduxit.

His ego uerſibus credo adductũ Valeriũ antiatẽ aduerſus ois cæteros ſcriptores de
Scipiõis moriꝫ ſenſiſſe: & eã puellã captiuã nõ redditã pri ſcripſiſſe: cõtra quã nos
ſupra diximus: ſed retẽtam a Scipione: atq; in delitiis: amoribuſq; ab eo uſurpatam.

¶ Locꝫ exẽptus ex annalibus. L. Piſonis hiſtoriæ & oronis lepidiſſimę. Cap. ix.

q Vod res uidebat̃ memoratu digna: q̃ feciſſe Cn. Flauiũ annii filiũ ędilem Cn. Flacurrulẽ. L. Piſo. i. iii. annali ſcripſit. Eaq; res ꝓquã pure: & uenuſte narrata uius
a Piſone locũ iſtum totũ huc ex Piſonis annali trãſpoſuimꝫ Cn. inqt Flauius pre libertino natꝫ ſcriptũ fiebat. Iſq; i eo tpe ędili curruli apparebat quo tpe ædiles ſubroganť. Eũq; ꝓ tribu ædilẽ currulẽ renũciauerũt. Ac ędilis q comitia habebat
negat accipe. Neq; ſibi placare: q ſcriptũ faceret: eũ ædilẽ fieri. Cn. Flauiꝫ Annii filius
dr̃ tabulas poſuiſſe: ſcriptu ſeſe abdicaſſe. Iſq; ædilis curulis factus ẽ. Idẽ Cn. Flauiꝫ
annii filius dr̃ ad collegã ueniſſe: uiſere ægrotũ: & i cõclaue poſtq̃ introiuit adoleſcentes ibi cõplures nobiles ſedebãt. Ii cõtẽnentes eũ aſſurgere ei nemo uoluit Cn. Flauius annii filius ædilis id arriſit. Sellã currulẽ iuſſit ſibi afferri. Eam in limine appoſuit
ne: quis illoꝝ exire poſſit. Vtiq; ii oẽs inuiti uiderent ſeſe in ſella curruli ſedentem.

¶ Hiſtoria ſup Euclide ſocratico: cuius exẽplo Taurus philoſophus adhortari adoleſcentis ſuos ſolitus eſt: ad philoſophiam gnauiter ſectandam. Cap. x.

p Hiloſophus Taurus uir memoria nr̃a ĩ diſciplina platonica celebratꝫ: cũ
aliis bonis multis ſalubribuſq; exẽplis hortabat̃ ad phiam capeſſendã: tũ
uel maxie iſta re aios iuuenũ expgebat. Euclidẽ q̃ dicebat ſocraticũ factitauiſſe. Decreto inqt ſuo Athenienſes cauerãt: ut q megaris ciuis eẽt: ſi ituliſſet athẽas
pedẽ phenſus eẽt: ut ea res homini capitalis eſſet. Tanto athenienſes inqt odio flagrabant finitimoꝝ hoĩum megarẽſiũ. Tũ euclides: q indidẽ megaris erat: qq; ẽt ante id Euclides
decretũ: & eſſe athenis: & audire ſocratẽ cõſueuerat. poſtq̃ id decretũ ſãxerũt. ſub noctem: priuſq̃ ad ueſperaſceret: tunica lõga muliebri indutꝫ: & pallio uerſicolore amictus: & caput: & ora uelatus: e domo ſua megaris athenas ad Socratẽ cõmeabat: ut

uel uoctis aliquo tpe cõsilioꝝ: sermonũq; eius fieret particeps. Rursusq; sub lucẽ mi lia passuũ paulo amplius uiginti eadẽ uestc illa intectus redibat. At nũc inqt uidere est philosophos ultro currere: ut doceãt: ad fores iuuenũ diuitũ. eosq; ibi sedere: atq; opperiri ꝓpe ad meridiem: donec discipuli nocturnũ omne uinum edormiant.

¶ Verba ex oratione. Q. Metelli Numidici: quæ libuit meminisse ad officium gra uitatis dignitatisq; uitæ decentia. Cap. xi.

c Vm inquinatissimis hoĩbus non esse conuitio decertandum: neq; maledi ctis aduersus impudentis & ĩprobos uelitãdum: quia tantisper similis & compar eoꝝ fias: dum paria & consimilia dicas: atq; audias: nõ minus ex oratione. Q. Metelli Numidici sapientis uiri cognosci potest: q̃ ex libris & disciplinis philosophoꝝ. Verba sunt hæc Metelli aduersus Cn. Manliũ tri. ple. a quo apud populum in concione lacessitus: iactatusq; fuerat dictis petulantib⁹. Nũc quod ad illum attinet quirites: qm̃ se ampliorem putat esse: si se mihi inimicũ dictauerit: quẽ ego mihi neq; amicum recipio: neq; inimicum respicio in eum eo non sum plura dicturus. Nam eum indignissimum arbitror cui a uiris bonis benedicat̃. Tum ne ido neum quidem cui a ꝓbis maledicatur. Nam si in eo tpe huiuscemodi homũculum nomines: in quo punire non possis maiore honore: q̃ contumelia afficias.

¶ Quod neq; testamentum sicuti Seruius Sulpitius existimauit: neq; sacellũ sicuti Trebatius duplicia uerba sunt: sed a testatiõe alterum productum: alterum a sacro diminutum. Cap. xii.

Testamẽtum s Eruius Sulpitius iurisc̃onsultus uir ætatis suæ doctissimus in lib. de sacris de testãdis secũdo: qua rõne adductus testamẽtũ uerbũ eẽ duplex scripserit nõ reperio. Nã cõpositũ dixit a mẽtis cõtestatiõe. Quid igit̃ calciamẽtũ q̃d paludamẽtũ? q̃d pauimẽtũ? q̃d uestimentũ? q̃d alia mille ꝓ huiuscemodi formã ꝓducta? Etiã ne ista oĩa cõposita dicemus? Obrepsisse aũt uidet̃ Seruio: uel si quis alius est: q id prior dixit: falsa quidẽ: sed nõ abhorrẽs: neq; incõcinnia: quasi mẽtis quædã i hoc uocabulo significatio: sicut hercle. C. quoq; Trebatio eadem cõcinnitas obrepsit. Nã in lib. de religionibus. ii. Sacellũ est inqt: locus paruus deo sacratus cũ ara. Deinde addit uerba hæc. Sacellũ ex duobus uerbis arbitror cõpositũ sacri. & cellæ: quasi sacra cella. Hoc quidẽ scripsit Trebatius. Sed quis ignorat sacellum: & simplex uerbum esse? & non ex sacro: & cella compositum: sed ex sacro diminutũ. Sacellũ

¶ De quæstiunculis apud Taurum philosophum in conuiuio agitatis: quæ sympo sicæ uocantur. Cap. xiii.

i Actitatũ hoc Athenis: obseruatũq; ẽ ab iis: q̃ erãt philosopho Tauro iunctiores: quũ domum suã nos uocaret: ne oĩno (ut dr̃) ĩmanes: & a symboli ueniremus cõiectabamus ad cœnulã: nõ cupedias ciborũ: sed argutias qõnum. Vnusq;sq; igit̃ nostrũ cõmẽtus paratusq; ibat: q̃d q̃reret. Eratq; initiũ loquẽdi edũdi finis. Quærebãtur aũt nõ grauia: nec reuerẽda sed ἐνθυμήματα. i. argutiæ: quædã lepida: & minuta: & florentẽ uino aĩum lacessentia. Quale hoc ferme est subtilitatis ludicræ quod dicã. Quæsitum est qñ moriens moreret̃. quũ iam in morte esset: an tum ẽt quũ in uita foret. Et qñ surgẽs surgeret: quũ iam staret: an tum ẽt quum sederet? Et qui artẽ disceret: qñ artifex fieret: quũ iam esset: an tum quum etiã nõ eẽt. Vtrũ. n. hoꝝ dicas absurde: atq; ridiculosẽ dixeris: multoq; absurdi⁹ uidebit̃: si aut utrunq; esse dicas. aut neutrum. Sed ea oĩa. quum captiões esse q̃dam futiles:

& inanes

& inanes dicerẽt. Nolite inqt Taurus hæc: quasi nugarũ aliquem ludum aſpernari. Grauiſſimi philoſophorum: ſuper hac reſerio quæſierũt. Et alii moriẽdi uerbum: atq; momentum: manente adhuc uita dici atq; fieri putauerunt. Alii nihil in eo tempore uitæ reliquerunt. Totũq; illud: quod mori dicitur: morti uendicauerunt: Item de cæteris ſimilibus in diuerſa tempora: & in contrarias ſentẽtias diſceſſerunt. Sed Plato inqt noſter: neq; uitę id tempus neq; morti dedit. Idẽq; in omni conſimilium rerũ diſceptatione fecit. Vidit quippe utrunq; eſſe pugnans: neq; poſſe ex duobus contrariis: altero manente: alterum conſtitui. Quæſtionemq; fieri p diuerſorũ inter ſe finium: mortis & uitæ cohærentiam & iccirco peperit ipſe: expreſſitq; aliud quoddã nouum in confinio tempus: quod uerbis propriis: atq; integris: ΤΗΝΕΙΑ ΙΦΙΗΣΙ ΦΥΣΙΝ. i. repentinam naturã appellauit. Id ipſum ita uti dico: inquit in libro cui ΠΑΡΜΕΝΙΔΗΣ titulus ẽ: ſcriptũ ab eo reperietis ΤΟ ΓΑΡ ΕΙΔΟΣ ΙΝΝΙΣΙ ΤΟΙΟΥΤΟΝΤΙ ΕΟΙΚΕΣΗ ΜΑΙΝΕΣΘΑΙ. ΩΣ. ΕΞΕΚΕΙΝΟΥΜΕ ΤΑΒΑΛΛΟΝΕ ΙΣΤΕΡΟΝ. i. repẽte. n. tale uidetur quippiam ſignificare qđ in alterum tranſeat. Talia apud taurum ſymbola: & alia quæ erant ſecundarum mẽſarum: ut ipſe dicere ſolitus erat ΠΡΑΓΗΜΑΤΑ. i. bellaria.

¶ Puniendis peccatis tris eſſe rationes a philoſophis attributas. Et quamobrem Plato duarum ex iis meminerit. Cap. xiiii.

Puniendi tres cauſę

Vniendis peccatis tris eſſe debere cauſas exiſtimatũ ẽ. Vna eſt cã q̃ ΝΟΥΘΕΣΙΑ. i. cõmonitio uel ΚΟΛΑΣΙΣ aĩaduerſio. ſ. & punitio: uel ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ. i. monitio & ſtatutio: quũ pœna adhibeť caſtigãdi atq; emendãdi gra ut is qui fortuito deliqt: attẽtior fiat correctior: Altera ẽ: quã ii q uocabula iſta curioſius diuiſerũt ΤΙΜΩΡΙΑΝ. appellant. i. pœnam. Ea cã aĩaduertẽdi eſt: quum dignitas auctoritaſq; eius. in quem eſt peccatũ: tuenda eſt: ne p̃termiſſa aĩaduerſio: cõtemptum eius pariat: & honorẽ leuet: Iccircoq; id ei uocabulũ a cõſeruatione honoris factũ putant. Tertia ratio uindicandi ẽ q̃ ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ. i. exemplum a græcis noĩatur: quum punitio pp exemplum neceſſaria ut cæteri a ſimilibus peccatis: q̃ prohiberi publicit9 intereſt: metu cognitæ pœnæ deterreantur. Iccirco ueteres quoq; noſtri exempla: p maximis: grauiſſimiſq; pœnis dicebãt. quando igitur aut ſpes magna eſt: ut is q̃ peccauit citra pœnam ut ipſe ſeſe ultro corrigat: & ſpes cõtra nulla eſt emẽdari eũ poſſe & corrigi: aut iacturã dignitatis eius: in quẽ peccatũ eſt: metui nõ neceſſe ẽ: aut non id peccatũ eſt cuius exemplo neceſſario metu ſanciendũ ſit. Tũ quicquid ita delictũ eſt: nõ ſane dignũ eſſe imponẽdæ pœnæ: ſtudiũ uiſum ẽ. Has tris ulciſcendi tõnes & philoſophi alii pluriſariam: & noſter. Taurus in primo cõmẽtariorũ: quos in Georgiam Platonis compoſuit: ſcriptas reliquit. Plato autem ipſe uerbis apertis duas ſolas eſſe puniendi cauſas dicit. Vnã quã primo in loco pp corrigendum: alteram quã in tertio ꝓpter exempli metum poſuimus uerba ſunt hæc Platonis in Georgia ΠΡΟΣΗΚΕΙ ΔΕ ΠΑΝΤΙ ΤΩΜΕΝ ΤΙΜΩΡΟΥ ΜΕΝΩ ΥΤΑΛΛΟΥ ΟΡΘΩΣ ΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΥ. ΒΕΛΤΙΟΝ ΓΙΝΕΣΘΑΙ. ΚΑΙ ΟΝΙΝΟΣΘΑΙ. Η ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ ΑΛΛΟΙΣ ΓΙΝΕΣΘΑΙ ΙΝΑ ΑΛΛΟΙ ΟΡΩΝΤΕΣ ΠΑΣΧΟΝΤΑ ΦΟΒΟΥ ΜΕΝΟΙ ΒΕΛΤΙΟΥΣ ΓΙΝΟΝΤΑΙ. i. aut conueniens: ut qui plectiť ab alio recte puniente: melior fiat & utilitatẽ capiat: Aut exemplo cęteris ſit: quo uidẽtes alii male affectũ p̃metu reddant mulieres. In hiſce uerbis facile intelligas ΤΙΜΩΡΙΑΝ. i. ultionẽ & pœnã Platonẽ dixiſſe: nõ ut ſupra ſcripſi quoſdã dicere: ſed ita ut promiſcue dici ſolet: p oĩ punitione. An ne aũt quaſi oĩno paruã: cõtemptu dignã prætulerit pœnæ ſumendæ cãm: pp tuendã læſi hominis auctoritatẽ. An magis: quaſi

57

ei quam dicebat: rei non neceſſariã prætermiſerit: quum de pœnis nõ in uita: neq; inter homines: ſed poſt uitæ tempus capiendis ſcriberet: ego in medium relinquo.

¶ De uerbo quieſco: an e littera corripi: an produci debeat. Cap. xv.

Quieſcit. a Micus noſter homo multi ſtudii: atq; in bonaꝝ diſciplinaꝝ ope frequens uerbum quieſcit: uſitate e littera correpta dixit. Alter item amicus: homo in doctrinis: quaſi in p̃ſtigijs mirificus: cõmuniumq; uocum reſpuens nimis: & faſtidiens barbare eũ dixiſſe opinatus eſt: qm̃ producere debuiſſet: non corripere. Nam quieſcit ita oportere dici prędicauit: ut caleſcit: niteſcit: ſtupeſcit: atq; alia

Quies huiuſcemodi multa. id ẽt addebat q̃ quies e producto nõ breui diceret: noſter aũt: qua eſt oĩum reꝝ uerecũdia: mediocritate: ne ſi helij quidem cinci: & ſatyri dicendũ ita cenſuiſſent: obſecutuꝝ ſeſe fuiſſe ait contra ppetuam latinę linguæ conſuetudinẽ. Neq; ſe tam inſignite locuturꝝ abſona aut inaudita ut diceret: Litteras aũt ſuper hac re fecit item inter hæc exercitia quædã ludicra. Et quieſco non eſſe his ſimile: q̃ ſupra poſui: nec a quiete dictũ: ſed ab eo quietem. Græceq; uocis ΕΣΧΟΝ ΚΑΙ ΕΣΧΟΝ ionice a uerbo ἔΧωιΣΧω: & modũ & originem uerbum iſtud habere demõſtrauit. Rationibuſq; haud ſane frigidis docuit quieſco e littera longa dici nõ conuenire: ut diceret eiuſmodi quiſpiã: qui tumultuarijs: & modicis linguæ exercitatiõibus ad famam ſe facundiæ permiſerat: neq; oĩonis latinæ modos: uſurpationeſue ullas didicerat.

¶ Notum uerbũ deprecor a poeta Catullo inuſitate quidẽ: ſed apte poſitũ: & proprie deq; rõne eius uerbi: exempliſq; ueteꝝ ſcriptorum. Cap. xvj.

deprecor q Vum in lycio forte ueſpera ambularemus: uir quidam ludobij nobis: & uoluptati fuit: nam quum eſſet uerbũ deprecor doctiuſcule poſitũ in Catulli carminæ: quia id ignorabat frigidiſſimos uerſus eſſe dicebat: omniũ quidem meo iudicio uenuſtiſſimos quos ſubſcripſi.

Leſbia mi dicit ſemper male nec tacet unq̃
De me: diſpeream: me niſi Leſbia amat.
Cui ego quaſi eadem totidem mox deprecor illi
Aſſiduæ: ueꝝ diſpereã niſi amo. Dep̃cor hoc in loco uir bonus ita dictũ eẽ putat ut plerũq; a uulgo dr̃: qd̃ ſignificat ualde p̃cor & oro & ſupplico: In quo de p̃poſitio ad augẽdũ & cumulãdũ ualet. Quod ſi ita eẽt: frigidi ſane uerſus forẽt. Nũc. n. contra oĩno ẽ. Nã de p̃poſitio: qm̃ ẽ anceps. i uno eodẽq; uerbo diuerſitatẽ ſignificatiõis capit. Sic. n. dep̃cor a Catullo dictũ ẽ: q̃ſi deteſtor: uel execror: uel depello: uel abominor. Cõtra ãt ualet: quũ Cice. p. P. Sylla ita dicit. Quã multoꝝ hic uitã a Sylla de p̃catus ẽ. Itẽ in diſſuaſiõe legis agrariæ: ſiqd deliq̃ro: nullæ ſunt uirgines: q̃ me a uobis dep̃centʼ: ſed neq; ſolus Catullus. ita iſto uerbo uſus ẽ. Pleni adeo ſunt libri ueteꝝ ſimilis in hoc uerbo ſignificatiõis. Ex quibus unũ & alteꝝ: quæ ſuppetierãt appoſui. Q. Ennius in Erichtheo non longe ſecus dixit. q̃ Catullus.

Quibus nunc inquit erumna mea libertatem paro.

Quibus ſeruitutẽ mea miſeria deprecor ſignificat abigo. & amolior. uel p̃ce adhibita: uel quo alio modo. Itẽ Ennius in creſphonte. Ego quum meæ uitæ parcã. letũ inimicum deprecor. Cicero in lib. v de repu. ita ſcripſit. quod quidẽ eo fuit maius. quia quum in cã pari collegæ eſſent. non mõ inuidia pari non erãt ſed ẽt claudij inuidiam Gracchi charitas deprecabatʼ. Hic quoq; itẽ non eſt ualde precabatur. ſed quaſi pro pulſabat: & defendebat inuidiã. Quod græci ꝓpinqua ſignificatiõe παραιτουμαι.

Ideſt

Idest dēcor.i.excuso:euito dicūt. Itē pro.A.Licinio similiter Cice. uerbo isto utit̄. Quid inquit huic homini facias? Non ne concedas interdum:ut excusatiōe summæ stultitiæ:summæ probitatis odium deprecetur? item in Verrem actionis secundæ procœmio. Nunc uero quid faciat hortensius. Auaritiæ ne crimina frugalitatis laude deprecetur:an hominem flagitiosissimum:libidinosissimum:nequissimumq; defendat? Sic igit̄ Catullus eadē se facere dicit:quærens uenią:q; & male diceret ei palam respueretq;:& recusaret:detestareturq; assiduæ:& tamen eā penitus deperiret.

¶Quis otium primus libros publice præbuerit legendos. Quantusq; numerus fuerit athenis ante clades persicas librorū in bibliothecis publicorū. Cap.xvii.

Libros athenis disciplinarū liberalium publicæ ad legendum p̄bendos primus posuisse dr̄ pisistratus tyrannus. Deinde studiosius accuratiusq; ipsi athenienses auxerunt. Sed oēm illam postea librorū copiā Xerxes athenarū potit9: urbe ipa p̄ter arcē:incēsa abstulit:asportauitq; in psas. Eos porro libros uniuersos multis post tempestatibus Seleucus rex:qui Nicanor appellatus est:reserendos athenas curauit:ingens postea numerus librorū in ægypto a ptolemæis regibus:uel conquisitus:uel confectus est:ad milia ferme uoluminum septingenta. Sed ea oia bello priore alexandrino.dum diripitur ea ciuitas:non spōte neq; opera consulta:sed a militibus forte auxiliariis incensa sunt. Seleucus q nicanor

¶Auli Gelij noctium atticarum commentarii Liber septimus.

¶Admirāda quædam ex annalibus sumpta de.P.Africano supiore. Cap.i. Alexandriæ bibliotheca

Vod de Olympiade philippi regis uxore:Alexādri matre in historia greca scriptū ē:idē de.P.Scipiōis quoq; matre:q prior africanus appellatus est:memorie datū ē.Nā &.Cn.Oppius & Iulius Higin9 aliiq; q de uita:& rebus Africani scripserūt:matrē ei9 diu sterilē existimatā tradūt.P.quoq; Scipionem cū quo nupta erat:liberos desperauisse.Postea in cubiculo:atq; i lecto mulieris quū absente marito cubans sola obdormisset:uisum repēte iuxta eā cubare ingentē anguē.Eūq; ūs:q uiderāt territis & clamātibus elapsum inueniri nō quisse.Idipsum .P.Scipionē ad aruspices retulisse.Eos sacrificio facto respōdisse.fore ut liberi gignerent̄.Neq; multis diebus postea q̄ ille anguis in lecto uisus est:mulierē cōcepisse:cōcepti fœtus signa:atq; sensum pati.Exinde mense decimo peperisse.Natūq; eē hunc .P.Scipionē africanū:qui Annibalē & carthaginēses in Africa bello punico secundo uicit.Sed & eū impēdio magis ex rebus gestis:q̄ ex illo ostēto:uirū esse uirtutis diuinæ creditū est.Id ēt dicere haud piget.quod idē illi:quos supra noīaui.litteris māda uerint.Scipionē hūc africanū solitauisse noctis extremo.priusq̄ dilucularet in capitoliū uentitare.ac iubere aperiri cellā iouis.atq; ibi solū diu demorari q̄si cōsultantē de repu.cū ioue.Aedituosq; eius tēpli sæpe eē demiratos.q; solū id tpis in capitoliū ingredientē canes semper in alio sæuientes neq; latrarēt eū: neq; incurrerēt. Has uulgi de scipione opiniōes cōfirmare:atq; approbare uidebat̄ dicta: factaq; eius pleraq; admiranda.Ex quibus est unū huiuscemodi:assidebat oppugnabatq; oppidū in hispania situ:mœnibusq;:ac defensoribus ualidū & munitū. Re ēt cibaria copiosum.

Nullaq; eius potiūdi ſpes erat. Et quodā die ius in caſtris ſedēs dicebat. atq; ex eo loco id oppidum procul uidebatur. Tum e militibus: qui in iure apud eum ſtabāt: interrogauit quiſpiam ex more in quē diem locumq; uadimonium ꝓmitti iuberet. Et Scipionum ad ipſam oppidi: quod obſidebatur arcem protendens: perendie inquit ſeſe ſiſtant illo in loco: atq; ita factum. Die tertio: in quem uadari iuſſerat: oppidum captum eſt. Eodem die in arce eius oppidi ius dixit.

¶ De Ceſelli uindicis pudēdo errore: quem offendimus in libris eius: quos inſcripſit lectionum antiquarum. Cap. ij.

t Vrpe erratū offendimus in illis celebratiſſimis cōmentarijs lectionū antiquaꝝ Ceſellij uindicis: hominis hercle p'eraq; haud indiligētis: quod erratum multos fugit: q̄q̄ multa in Ceſellio reprehēdendo ēt per calūnias rimanent. Scripſit aūt Ceſellius. Q. Ennium in. xiii. libro annalium cor dixiſſe maſculino genere: uerba Ceſelli ſubiecta ſunt. Maſculino genere cor: ut multa alia enūciauit Ennius. Nam in. xiii. annali. quem cor dixit. adſcripſit deinde uerſus Ennii duos.

Annibal audaci dum pectore dehortatur.
Ne bellum faciam: quem credidit eſſe meum cor:

Antiochus eſt qui hoc dixit aſiæ rex. Is admirat: & permouet: q; Annibal carthaginenſis bellū ſe facere po. ro. uolentem dehortetur. Hos aūt uerſus Ceſellius ſic accipit tanq̄ ſi Antiochus ſic dicat: Annibal ne me bellū geram: dehortat: q; quū facit: æquale cor putat habere me ei: q̄ ſtultū eſſe me credit: quū id mihi perſuadere uult: hoc Ceſellius quidē: ſed aliud longe Ennius. Nā tres uerſus ſunt nō duo ad hanc Ennij ſniam pertinentis. Ex quibus tertium uerſum Ceſellius non reſpexit.

Annibal audaci dum pectore dehortatur.
Ne bellum faciam quem credidit eſſe meum cor.

Suaſorem ſummum: & ſtudioſum robore belli

Hoꝝ uerſuū ſenſus: atq; ordo ſic opinor ē. Annibal ille audētiſſimus: atq; fortiſſimꝰ quē ego credidi: hoc. n. cor meū credidit: pinde atq; diceret: quē ego ſtultus hō credidi fore ſummū ſuaſorē ad bellādū: is me dehortat: diſſuadet: ne bellū faciā. Ceſelliꝰ aūt forte σαθσμότερον. i. deſidioſius ῥαφη. i. iūctura iſta uerboꝝ captus quē cor dictū putauit: & quē accentu acuto legit: q̄ſi ad cor referret nō ad Annibalē. Sed non fugit me: ſi aliqs ſit tā incōditus ſic poſſe defendi cor Ceſelli maſculinū. ut uideatur tertius uerſus ſeparatim: atq; diuiſim legēdus: pinde quaſi pciſis interruptiſq; uerbis exclamet antiochus: ſuaſorē ſummū. ſed nō dignū ē eis: q; hoc dixerint reſponderi.

¶ Quid Tullius Tyro Ciceronis libertꝰ reprehēderit in. M. Catonis oīone: quā ꝓ rhodiēſibus i ſenatu dixit: & qd ad ea: q̄ reprehēderat: reſpōderimus. Cap. iij.

rhodus c Iuitas rhodiēſis: & inſulæ oportunitate: & operꝝ nobilitate: & nauigandi ſolertia: naualibuſq; uictorijs celebrata ē: ea rhodiēſis ciuitas: quū amica: atq; ſocia po. ro. foret: Perſa tñ Philippi filio Macedonū rege. cū quo bellum populo ro. fuit amico uſa eſt. Cōnixiq; ſunt rhodienſes legationibus Romā ſæpe miſſis: id bellū inter eos cōponere: Sed ubi iſta pacificatio ꝑpetrari nequiuit: uerba a pleriſq; rhodienſibus in cōcionibus eoꝝ ad populū facta ſunt: ut ſi pax non fieret: rhodienſes regē aduerſum populū ro. adiutarent. Sed nullū ſuper ea re publicū Perſes. decretū factū eſt: at ubi Perſes uictus: captuſq; eſt: rhodiēſes pertimuere ob ea: quæ cōpluries in cœtibus populi acta dictaq; erant. Legatoſq; romā miſerunt q temerita

tē quorundā

Vum Rome a conſulibus iudex extra ordinem datus: pronunciare intra calendas iuſſus eſſem. Apollinarẽ Sulpitium doctum hoĩem perconctatus ſum an his uerbis intra calendas ipſæ quoq; calendæ tenerent. Dixiq; ei me uidelicet datum iudicẽ: calẽdaſq; mihi ꝓductas: ut intra eũ diem ꝓnunciarẽ. Cur inquit me potius rogas q̃ ex iſtis aliquẽ peritis: ſtudioſiſq; uiris: quos adhibere inconſiliũ iudicaturi ſoletis. Tum illi ita ego reſpondi. Si aut de uetere in q̃ iure: aut recepto: aut controuerſo: aut ambiguo: aut nouo: aut conſtituto diſcẽdũ eſſet: iſſem plane ſciſcitatum ad iſtos quos dicis. Sed cum uerboꝝ latinoꝝ ſententia: uſus rõ exploranda ſit: ſcæuus ꝓfecto: & cæcus ai forem: ſi quum haberẽ tui copiã: iſſem magis ad alium: q̃ ad te. Audiui igit̃ inquit de ratione uerbi qd exiſtimẽ. Sed eo tñ pacto: ut id facias: nõ quod ego de proprietate diſſeruero: ſed q̃ in ea re oĩum: pluriũue cõſenſu obſeruari cognoueris. Non enim uerboꝝ tñ cõem ueræ: atq; ꝓpriæ ſignificationes longiori uſu mutant̃: ſed legũ quoq; ipſaꝝ iuſſa: cõſenſu tacito oblitterãtur. Tum deinde diſſerui me: & pleriſq; aliis audiẽtibus: in hũc ferme modũ. Quũ dies inquit ita præfinita eſt: ut iudex in calendas ꝓnunciet. Occupauit iam ꝓhæc oẽs opinio non eſſe dubiũ: quin ante calendas iure ꝓnunciet̃. Et id tantũ ambigi uideo quod tu quæras: an calendis quoq; iure ꝓnunciet̃ Ipſum aũt uerbũ ſic proculdubio natũ eſt: atq; ita ſeſe habet: ut quum dicit̃ intra calendas: nõ alius accipi dies debeat: q̃ ſolæ calendæ. Nã tres iſtæ uoces: intra: citra: ultra quibus certi locoꝝ fines demonſtrãtur. ſingularibus apud ueteres ſyllabis appellant̃ in. cis. uls: Eæ deinde particulę qñ paruo: exiguoq; ſonitu obſcurius promebant̃: addita eſt tribus oĩbus eadem ſyllaba: & quod dicebant̃: cis tiberim: & uls tiberim dici cœptum ẽ intra tiberim: & ultra tiberim. Itẽ q̃ erat in accedẽte eadem ſyllaba intra factum eſt. Sunt ergo hæc oĩa quaſi contermina iunctis inter ſe finibus cohærentia intra oppidum: ultra oppidum citra oppidum ex qbus intra ſicuti dixi in ſignificat. Nam q dicit intra oppidum itra cubiculum intra ferias non dicit aliud quam in oppido. in cubiculo. in feriis. Intra calendas igit̃ non ante calendas ſed in calendis: ideſt eo ipſo die quo calẽdæ ſunt. Itaq; ſm uerbi ipſius rationem q iuſſus eſt intra calendas pronunciare niſi calendis ꝓnunciet contra iuſſum uocis facit. Nam ſi ante id fiat non intra id ꝓnunciat. ſed citra. Neſcio autem quo pacto recepta uulgo interprætatio eſt abſurdiſſima. ut intra calẽdas ſignificare uideat̃ ẽt citra calendas & uel ante calendas nihil enim ferme ĩtereſt. Atq; inſuper dubitatur an calendis pronunciari poſſit qñ neq; ultra neq; citra ſed quod inter hæc mediũ eſt, intra calendas. i. calendis ꝓnũciandũ ſit. Sed nimirũ cõſuetudo ui

Intra calendas

cit quæ quũ oĩum domina reꝝ: tum maxime uerboꝝ eſt. Ea oĩa quũ Apollinaris ſci te per quã atq; enucleate diſputauiſſet: tũ ego hęc dixi. Cordi inq̃ mihi fuit: priuſq̃ ad te irẽ quærere: explorareq;: quonã mõ ueteres noſtri pticula iſta: qua de agit̃ uſi ſint atq; ita inuenimus Tullĩũ in tertia i Verrẽ ſcripſiſſe. Eſt aũt mõ locus ĩtra oceanũ iã nullus neq; tã longinquus: neq; tã recõditus: quo non p hæc tpa noſtroꝝ hoĩum libi do: iniqtatiſq; puaſerit ĩtra oceanũ dicit cõtra rõnem tuã. Nã. n. uult (opinor) dicere in oceano. Terras. n. demõſtrat oĩs: quæ oceano ambiunt̃: ad quas a nr̃is hoĩbus au diri põt quæ ſunt citra oceanũ nõ in oceano. Neq;. n. uideri põt inſulas ſignificare ne ſcio quas quæ penitus eẽ intra æquora ipſa oceani dicunt̃. Tũc Sulpitius Apollina ris renidẽs: nõ nimis hercule inargute inqt: nec ĩcallide oppoſuiſti hoc Tullianũ: ſed Cice. intra oceanũ nõ ut tu ĩterprætare citra oceanũ dixi. Quid. n. põt dici citra ocea nũ eſſe: quũ undiq; oceanus circũſcribat oĩs terras: & ambiat? Nam citra qđ eſt: id extra eſt. Qui aũt põt intra eẽ dici qđ extra eſt? Sed ſi ex una tm̃ parte orbis ocean⁹ foret citra oceanũ eſſe dici põt uel ante oceanũ. Quũ uero oĩs terras omnifariã & un diq; uerſum circũfluat nihil citra eum eſt: ſed undaꝝ i lius ambitu terris oĩbus con uallatis: in medio eius ſunt: oĩa quæ intra oras eius incluſa ſunt. Sicuti hercle ſol non citra cælũ uertitur: ſed in cælo & ĩtra cælũ. Hæc tũc Appollinaris ſcite: acuteq; dice re uiſus eſt: Sed poſtea i lib. M. Tullii epiſtolaꝝ ad Ser. Sulpitiũ ſic dictũ eẽ iueni mus. ĩtra modũ ut intra calẽdas dicũt q dicere citra calẽdas uolunt. Verba hæc Ci ceronis ſunt quæ appoſui. Sed tn̄ qm̃ effugi eius occaſionẽ qui fortaſſe arbitraretur: me hãc rem imperite nõ putare: ſi ppetuo tacere: modice hoc faciã. Aut ẽt intra mo dum: ut & illius uolũtati: & meis ſtudiis ſeruiã. Modice dixerat hoc faciã. i. cũ mo
Intra mo dum mo dice do æquo: & pari. Deide quaſi hoc diſpliceret & corrigere id uellet addidit. Aut ẽt in tra modũ: p q; minus ſeſe oſtẽdit id factuꝝ eſſe: quã quod fieri modice uideret̃. i. nõ ad ipſum modũ: ſed retro paululũ: & citra modũ in oĩone ẽt quam p. P. Seſtio ſcri pſit intra montẽ tauꝝ ſic dicit: ut nõ ſignificet in mõte tauro: ſed uſq; ad mõtem tau rum cũ ipſo mõte. Verba ſunt ipſius. M. Tullij ex ea quã dixi oĩone antiochum ma gnum illũ maiores noſtri magna belli contẽtione: terra mariq; ſupatũ intra mõtem tauꝝ regnare iuſſerũt: aſiam qua illũ mulctarunt. A tralo ut is in ea regnaret condo narũt. Intra montẽ inqt tauꝝ regnare iuſſerũt: quod nõ pinde eſt: ut intra cubiculũ dicimus: niſi uideri põt id eſſe ĩtra montẽ: qđ eſt intra regiões: q̃ tauri mõtis obiectu ſeparant̃. Nam ſicuti q intra cubiculũ eſt: is nõ in cubiculi parietibus: ſed ĩtra pariẽ tes eſt qbus cubiculũ includit̃: qui tn̄ ipſi quoq; parietes in cubiculo ſunt. Ita qui re gnat ĩtra montẽ tauꝝ: nõ ſolum in mõte tauro regnat: ſed in iis ẽt regiõibus: q̃ tauro mõte claudunt̃. Nunc igit̃ ſm̃ iſtam uerboꝝ. M. Tullii ſimilitudinẽ: qui iubet ĩtra calẽdas ꝓnũciare: is & ante calendas & ipſis calendis iure ꝓnunciare põt. Neq; id fit quaſi priuilegio quodam inſcite conſuetudinis: ſed certa rationis obſeruatiõe quum omne tempus: quod calendarum die includitur: intra calendas eſſe recte dicitur.

¶ Saltem particula quam uim habeat: & quam originem. Cap. xiiij.

Altem particula: quã haberet pricipalẽ ſignificationẽ: quæq; uocis iſti⁹ ori
ſ go eſſet: quærebamus. Ita. n. primitus factam eſſe apparet: ut quæ uideat̃ ſicuti quædã ſupplemẽta oĩonis temere: & icõdite aſſũptæ. Atq; erat q di ceret legiſſe i grãmaticis cõmẽtariis P. Nigidii: ſaltẽ ex eo dictũ: quod eſſet ſi aliter: Idq; ipſum dici ſolitũ per defectionẽ. Nã plenã eſſe ſnĩam: ſi aliter nõ poteſt. Sed id

nos in iisdem cõmentariis Nigidii: quũ eos non (opinor) incurioſe legiſſemus nuſq̃ inuenimus. Videntur aũt uerba iſta. Si aliter non põt: a ſignificatione quidem uocu læ huius de qua quærimus: non abhorrere. Sed tot uerba tñ in pauciſſimas litteras includere ĩprobe cuiuſdã ſubtilitati eſt. Fuit ẽt qui diceret hõ in libris: atq; ĩ litteris aſ ſiduus. Saltem ſibi dictum uideri. u. media littera extrita. Salutem. n. ante dictum quod nos ſaltem diceremus. Nam quũ alia quædam petita: & non impetrata ſunt. Tum ſolemus inquit quaſi extremum aliquid petituri: quod negari minime: debeat dicere hoc ſaltem fieri aut dari: oportere tãq̃ ſalutẽ poſtremo petentes: q̃ & impetra ri certe & obtineri ſit æquiſſimum. Sed hoc itidem non illepide quidem fictum ni mis tamen eſſe uidetur commenticium: Cenſuimus igitur amplius quærendum. Saltem

¶Quod Siſenna in libris hiſtoriarum aduerbii huiuſcemodi ſæpenumero uſus eſt celatim: uelitatim ſaltuatim. Cap. xv.

Vum lectitaremus hiſtoriã Siſennæ aſſidue huiuſcemõi figuræ aduerbia ĩ q oõne eius aĩaduertimus: cuiuſcemodi ſunt hæc: curſim: ꝓperatim: celatim: uelitatim: ſaltuatim ex qbus duo prima: quæ ſunt notiora exẽplis nõ indigebãt. Reliq̃ in hiſtoriaꝝ ſexto ſic ſcripta ſunt. Quã maxĩe celatim poterat in iſi diis ſuos diſponit. Itẽ in alio loco. Nos una æſtate ĩ aſia: & græcia litteris geſta: iccir co cõtinẽtia mãdauimus: ne uelitatim aut ſaltuatĩ ſcribẽdo: lectoꝝ aĩos ĩpedirem9. Aduerbia in im

¶Auli Gelii noctium atticarum commentarii Liber tertiuſdecimus.

¶Inquiſitio uerboꝝ iſtoꝝ. M. Tulli curioſior quæ ſunt in primo antonianaꝝ libro multa aũt impẽdere uidentʼ præter naturã & ꝑterq; fatũ: tractatũq; an idẽ duo iſta ſignificent fatũ atq; natura. Caput. i.

Cicero in primo antonianaꝝ ita ſcriptũ reliqt. Hũc igitʼ ut ſeque rer ꝓperaui: q̃ ꝑſentes nõ ſunt ſecuti. Non ut ꝓficerẽ aliqd nec. n. .M. ſperabã id: nec ꝑſtare poterã (ſed ut ſiqd mihi humanitus accidiſ ſet) multa aũt impẽdere uidentʼ: ꝑter naturã ẽt: præterq; fatũ hu ius diei uocẽ: teſtẽ reip. reliquerẽ: meæ ꝓpetuæ erga ſe uolũtatis. Præter naturã inqt: præterq; fatũ. At utrũq; idẽ ualere uoluerit. Præter naturam

Fatũ atq; naturã & duas res: ΑΝΘΕΝΟΣ ΥΠΟΚΕΙ ΜΕΝΟΥ ΠΕΠΡΟΜΕΝΗΝ: ΚΑΙΦΥΣΙΝ. i. ꝓ uno ſubiecto fatũ: & naturã poſuerit: an uero diuiſerit: ſeparitq;: ut alios caſus natu ra ferre uideatʼ: alios fatũ cõſiderãdũ eqdẽ puto. Atq; id maxĩe reqrẽdũ: q̃ rõne dixe rit accidere multa hũanitus poſſe ꝑter fatũ: qñ ſic rõ & ordo: & iſupabilis q̃dã neceſ ſitas fati conſtituitʼ: ut oĩa ĩtra fatũ claudẽda ſint: niſi illud ſane Homeri ſecutus eſt. Præter fatum

ΜΗΚΑΙ ΥΠΕΡ ΜΟΙΡΑΝ ΔΟΜΟΝ ΑΙΛΟΣ ΕΙΣΑΦΙΚΗΑΙ: ideſt

Neue obſtante domum fato penetrabis auerni.

Nihil ãt dubiũ ẽ: qn uiolẽtã & iopinatã mortẽ ſignificauerit: q̃ qdẽ põt recte uideri accidere: ꝑter naturã. Sed cur id quoq; gen9 mortis extra fatũ poſuerit: neq; opis hu ius ẽ explorare: neq; tpis: illud tñ nõ ꝑtermittẽdũ ẽ: qd Virg. quoq; idipm qd Cicero de fato opinatus ẽ: quũ hoc in. iiii. lib. dixit de Elyſa: quã mortẽ per uim potita eſt. Nam quia nec fato: merita nec morte peribat.

Tanq̃ in faciẽdo fine uitæ: quæ uiolẽta ſunt nõ uideantʼ e fato uenire: Demoſthenis aũt uiri prudẽtia pari atq; facũdia prædiți. uerba idẽ fere ſignificantia de natura atq;

fato..M.C.ſecutus uidetur.Ita enim ſcriptum eſt in oratione illa egregia cui titulus eſt περὶ στεφάνου .i.pro corona.ὁ μὲν τοὶς γονεῦσι νομίζων μόνον γεγεννῆσθαι τὸν θάνατον εἱμαρμένον καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμενεῖ.ὁ δὲ καὶ τὴν πατρίδα ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δοῦλον λεγούσαν.ἀποθνῆσκειν εὐλαβήσεται.i.Nam qui parentibus tantum ſenatum putat fatalem:atq; ſpontis ſuæ mortẽ manet.Qui uero etiam patriæ:ob id ne in ſeruitutem redactam illam uideat:occumbere præoptabit.Quod Cicero fatum:atq; naturam uidetur dixiſſe:id multo ante Demoſthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον.i.fatalem:& ſpontis ſuæ mortẽ appellauit αὐτόματος.i.ſuę ſpontis enim.θάνατος.i.exceſſus quaſi naturalis & fatalis:nulla extrinſecus ui coactus uenit.

¶Super poetaꝝ Pacuuii:& Accii colloquio familiari in oppido tarẽtino. Cap.ii.

Pacuuius Accius

Vibus ociũ & ſtudiũ fuit uitas atq; ætates doctoꝝ hoium quærere: & memoriæ tradere:de.M.Pacuuio:&.L.Accio tragicis poetis hiſtoriã ſcripſerũt huiuſcemodi.Quũ Pacuuius inquiũt grãdi iã ætate: & diutino corpis morbo affectus:tarẽtũ ex urbe roma cõceſſiſſet.Accius tũc haud paruo iunior:ꝓficiſcens in aſiã:quũ ĩ oppidũ ueniſſet:diuertit ad Pacuuiũ:cõiterq; inuitatus:pluſculiſq; ab eo diebus retẽtus:tragœdiã ſuã cui Atteus nomẽ ẽ deſiderãti legit.Tũ Pacuuium dixiſſe aiũt:ſonora quidẽ eſſe q̃ ſcripſiſſet:& grãdia.Sed uideri ea tñ ſibi duriora paulũ & acerbiora.Ita eſt inqt Accius uti dicis.Meq; id ſane me pœnitet.Meliora.n.fore ſpero:quæ deinceps ſcribã.Nã quod in pomis eſt:itidẽ inquit eſſe aiunt in ingeniis:quæ dura & acerba naſcunt:poſt fiunt mitia & iucunda.Sed quæ gignunt ſtatim uieta:& mollia:atq; a principio ſunt uiuida:nõ matura uox fiunt:ſed patria.Relinquendum igitur uiſum eſt ingenio.quod dies atq; ætas mitificet.

¶An uocabula hæc neceſſitudo:& neceſſitas differẽti ſignificatiõe ſint. Cap.iii.

Neceſſitas Neceſſitudo

Iſu prorſus atq; ludo res digna eſt:quum pleriq; grãmaticoꝝ aſſeuerant:uis neceſſitudinẽ & neceſſitatem mutare longe differreq;.Ideo ꝙ neceſſitas ſit uis quæpiã premens:& cogẽs.Neceſſitudo aũt dicat ius quoddã:& uinculum religioſæ coniunctiõis.Idq; unũ ſolitarium ſignificet.Sicut aũt nihil quicq̃ intereſt:ſuauitudo dicas:an ſuauitas:ſanctitudo:an ſanctitas:acerbitudo:an acerbitas:acritudo:an ꝙ accius in neoptolemo ſcripſit acritas.Ita nihil rõnis dici põt:qui neceſſitudo:& neceſſitas ſeparent.Itaq; in libris ueteꝝ uulgo reperias neceſſitudinẽ dici pro eo quod neceſſum eſt.Sed neceſſitas ſane pro iure officioq; obſeruantiæ:affinitatiſue infrequẽs eſt.Quanq̃ qui ob hoc ipſum ius affinitatis:familiaritatiſue cõiuncti ſunt:neceſſarii dicuntur.Repperi tñ in oratione.C.Cæſaris:quæ plautiam rogationem ſuaſit:neceſſitatem dictam ꝓ neceſſitudine.i.iure affinitatis.Verba hæc ſunt.Equidem mihi uideor ꝓ noſtra neceſſitate non labore:non opera:nõ induſtria defuiſſet.Hoc ego ſcripſi de utriuſq; uocabuli indifferẽtia admonitus forte uerbi iſtius quum legerem Sempronij Aſelliõis ueteris ſcriptoris quartum ex hiſtoria librũ:in quo de.P.Africano Pauli filium ita ſcriptum eſt.Nam ſe patrem ſuũ audiſſe dicere.L.Aemiſium paulum:pro non nimis bonum imperatorem ſignis collatis decertare:niſi ſumma neceſſitudo:aut ſumma ei occaſio data eſſet.

¶Olympiadis Alexãdri matris:comis:ac prudẽs ad filiũ reſcriptio. Cap.iiii.

Olympias

Ĩ Npleriſq; monumẽtis reꝝ ab Alexãdro geſtarꝝ:& pauloãte ĩ lib.M.Varronis:q inſcriptus ẽ Oreſtes:uel de inſania:Olympiadẽ philippi uxorẽ feſtiuiſſime

ſtiuiſſime reſcripſiſſe legimus Alexãdro filio. Nam quũ ipſe ad matrẽ ita ſcripſiſſet. Rex Alexãder iouis Hãmonis filius Olympiadi matri ſalutem dicit. Olympias ei reſcripſit ad hãc ſniam: amabo inqt mi fili qeſcas: neq; deferas me: neq; criminere ad uerſum Iunonẽ. Malũ mihi prorſum illa magnũ dabit: quũ me lris tuis pellicẽ illi eẽ cõfitearis. Ea mulieris ſcite atq; prudẽtis erga ferocẽ filiũ comitas ſenſim: & comiter admonuiſſe eũ uiſa deponendã eſſe opinionẽ uanam: quã ille ingẽtibus uictoriis: & adulantiũ blandimẽtis: & rebus ſupra fidẽ ꝓſperis imbiberat: genitũ eẽ ſeſe de ioue. Olympias

¶De Ariſtotele: & Theophraſto: & Menedemo philoſophis: deq; elegãti uerecundia Ariſtotelis ſucceſſorẽ diatribiæ ſuæ eligentis. Cap. v.

Ariſtoteles

a Riſtoteles philoſophus annos iam fere natus duos: & ſexaginta: corpore ægro affectoq; ac ſpe: uitaq; tenui fuit. Tunc oĩs eius ſectatorq; cohors ad eum accedit: orantes: obſecranteſq; ut ipſe diligeret loci ſui: & magiſterii ſucceſſorẽ: quo poſt ſummũ eius diem perinde ut ipſo uterent ad ſtudia doctrinarq; complẽda: excollendaq; quibus ab eo imbuti fuiſſent. Erant tunc in eius ludo boni multi. Sed præcipue duo Theophraſtus & Menedemus: ĩgenio ii atq; doctrinis cæteros præſtabant. Alter ex inſula Leſbo fuit. Menedemus aũt rhodo. Ariſtoteles reſpondit factuq; eſſe quod uellent: quũ id ſibi foret tempeſtiuũ. Poſtea breui tpe quũ iidem illi: qui de magiſtro deſignando petierãt præſentes eſſent. Vinum ait quod tũ biberet: non eſſe id ex ualitudine ſua: ſed in ſalubre eſſe: atq; aſperq;: ac propterea quæri debere exoticum uel rhodium aliquod uel leſbium. Id ſibi utrunq; ut curarent petiuit: Vſurũq; eo dixit quod ſeſe magis iuiſſet. Eunt: curant: inueniunt: afferunt: Tũ Ariſtoteles rhodium petit: deguſtat firmum inquit hercle unum & iucũdum. Petit mox leſbium: quo item deguſtato: utrunq; inquit oppido bonum. Sed ἡδωνολέσβιον. i. ſuauius leſbium. Id ubi dixit: nemini fuit dubium quin lepide ſimul & uerecunde: ſucceſſorem illa uoce ſibi non uinum delegiſſe. Is erat e leſbo Theophraſtus: homo ſuauitate inſigni linguæ pariter: atq; uitæ. Itaq; nõ diu poſt Ariſtotele uita defuncto ad Theophraſtum omnes conceſſerunt.

Menedemus

Theophraſtus

¶Quid ueteres latini dixerunt quas græci προσῳδιὰς. i. uocum moderamẽta appellant. Et item quod uocabulum barbariſmi non uſurpauerint: neq; romani antiquiores neq; attici. Cap. vi.

Vas græci προσῳδιὰς. i. accentus dicunt eas ueteres docti tum notas

q uocum: tum moderamenta: tum accentiunculas: tum uoculationes appellabant: quod nunc autem barbare quem loqui dicimus: id uitium ſermonis: non barbarq; eſſe ſed ruſticum: & cum eo uitio loquentes: ruſtice loqui dicitabãt. P. Nigidius in cõmentariis grammaticis. Ruſticus fit ſermo inquit: ſi aſpires perperam. Itaq; id uocabulum qđ dicitur uulgo barbariſmus qui ante diui Auguſti ætatem pure atq; integre locuti ſunt: an dixerunt nondum equidem inueni.

Ruſtice loqui

Barbariſmus

¶Diuerſum de natura leonum dixiſſe Homerum in carminibus & Herodotnm in hiſtoriis. Cap. vii.

Leænæ partus Herodo:

Eænas iter oẽm uitam ſemel parere: eoq; uno partu nunq; edere plures quã

l unum. Hero. in. iii. hiſtoria. ſcriptũ reliquit. Verba ex eo lib. hæc ſunt. ἡδε λε αἰνὰ: ἐον ἰσχυροτάτον καὶ θρασυτάτον. ἅπαξεν τῷβίῳ τίκτει ἓν τικτοῦσα. ὑαρσυνεκβαλλει τῷ τεκνωτασ μητρασ τοδε αἰτιοντούτου. τοῦ τεσίνεμεσιν οσκυμνοσ ἐν τη μητρη ἐων αρχί ταίδιάκιν εὐμένοσοδε ἐχονονχασ

83

θηρίων πολλον πάντων ὀξυτατοῦσ. ἀμυδεῖτασ μητρασ. δύξαν δ᾽ ἐνόξε δη πολλω μαλλον ἐξικένετοί καταγραφων πελαξεδη ὀτοκοσ ἐσι κἀιτο παραπαν δειπεται αυτεων υἱεσ ουδεν. i. Quũ autem animaliũ acerrimũ ſit leæna: & audaciſſimũ: ſemel oĩno in uita: & unũ parit. Enitẽdo. n. cũ fœtu pariter matricẽ ꝓiicit. Rei uero huiuſce cauſa eſt: ꝙ quum in matrice manẽs moritari incipit Catullus: motus ille unguiculis præmunitus ferarũ longe oĩum acutiſſimis matricẽ diſcerpit: tũ in maius continuo augeſcens multo magis dilanians prodit inſtante uero iam nixu: prorſum relinquitur eoꝙ integrũ & ſanũ nihil. Homerus aũt leones ſic. n. fœminas quoꝙ uirili genere appellat: quod grãmatici epikoinon. i. promiſcuũ uocant pluris gignere: atꝙ educare catulos dicit. Verſus quibus hoc aperte demonſtrat hi ſunt.

εἰσ τηκει ωσ τισ ελεων πεπι οἰσί τεκεσιν
ωρᾶ τενηπίαγον τισυναν τησονται ενυλη
ἀνδρεσ επακτηρέσ. Ideſt.

Vtꝙ leo in ſilua ſtabat ſua pignora circum.
Cui manus occurſet catulos nemus inter agenti.
Venatrix accincta uirum. Item alio in loco idem ſignificat:

πυκνα μαλαξεν ἀχων ωξελίσ ηυγενεοσ.
ωραθυπο σκύμνουσ ελαφηβολοσ αρπασ ηανηρ
υλησ εκπύκινησ. οδε ταχνῦται υστεροσ ἐλεων
πολλα: δε τα γκε επηλθε μετηάεροσ ἰχνιερευνων
ἐιπο τεν εξευροί. μᾶλα γαρ ἀριπυσχολοσ αἰρεί. Ideſt.

Crebra gemens nimium: tanquam leo uiribus ingens:
Faucibus: abſenti uenator ſi catulum audax
Abripuit denſo in ſalto dolet acre: ſequenſq;
Deinde nemus uerſat: ſcrutant ueſtigia ſi quo
Verſa uiri inueniat: coquit illum bilis amara. Item alio.

πάκνα μαλαξεν αχων ωξῆλίσ ηυγενειοσ.
ωραθυπο σκύμνουσ ελᾶφηβολοσ αρπασ ηανηρ
υλησ ἔκπυκινησ. ideſt.

Crebra gemens nimium: tanq̃ leo uiribus ingens
Faucibus abſenti uenator ſi catulum audax
Abripuit denſo in ſaltu. Ea nos diſſenſio atꝙ diuerſitas quũ agitaret inclytiſſimi poetarum: & hiſtoricoꝙ nobiliſſimi: placuit libros Ariſtotelis philoſophi iſpici: quos de aĩalibus exquiſitiſſime cõpoſuit. in quibus quod ſuper iſta re ſcriptum inueniremus cũ ipſius Ariſtotelis uerbis in his cõmẽtariis ſcriberemus. Verba Ariſtotelis hæc ſũt ex libro de hiſtoria aĩaliũ ſexto. λεων λεοτιμενο χευει ὀπιοδεν και εσιν ὀπιοδό υρητικον. ειρι ται προτερον: οχευειδε και τικτει ουπασαν ωραν. καθεκασ τον μεν τοι ενιαυτον τικτει μενουν του εαροσ τικτει δωσεπί τοπολυδυό τα μεντοί πλεῖ ξαεξ. τικτει δενιοτε και ενοδε λεχθεισ μυτοσ περιτου εκβαλλειντασ υς τερασ τικτοντα ληρωδησ εξιν. συνετεθη δε εκί ουσ πανίουσ εἰναί τουσ λεοντασ απορουντοσ την αἰτιαν τουτον μυτόν συνθεν τοσ εωσπιον γαρ τογενοσ τοτων λεοντον και ούκεν πολλῶγινε ται τοπο αλλα τησ ευροπησ απασισ εκτω μεταξυ του αχελωου και του υνεσου ποταμων. τικτει δε και ολεων πανη μικρα ούτωσ, ωστε δίμηνα ὀντα μολισ βαδιζειν. οἰδεν συρία λεοντεσ. τικτουσί πεντακισ

σι πεντακισ. το πρωτον πεντε. ει τα αει ενι ελαττονα μεταδε ταυτα ουκετι ου-
δεν τικτουσιν. αλλα γονοι διατε λουσιν. ουκεχει δε η λεαινα χαιτιν αλλοαρ
ρην δεων. βαλλει δεο λεωντουσ κυνωδοντασ καλουμενουσ τεττρασ μο-
νουσ δυο μεν ανωθεν. δυο δεκατωθεν βαλλει δε δεκαμηοσ ωντηνη λικιαν. i.
leonem auersum coire: utinaq; retro reddere dictū ia est. Coit & parit: nō oi tpe: sin
gulis tn annis uere parit: & magna ex pte geminos. Sed quū plurimos: sex catulos:
nonunq; et unū. Quod de leena fert uuluā cū partu emittere delira fabula ē facta ex
ea cā: q; rar genus hoc aīalis est: nec rone cur ita eet cōperire auctor ille fabulæ pote
rat. Rar hoc. n. ē: nec multis nascit locis: sed europæ toti ea pte solū: quo iter ache
loū amnē & nesum ē. Parit leæna quoq; adeo paruos: ut uix post fm mēsem īcipiāt
īgredi leones terræ syriæ qnqes uita pariūt. primū qnq; post uero subinde pauciores
deide steriles degūt. Caret leena iuba. maris hæc ppria ē dentes cos tn imodo mutat
leo: q canini uocant q̄ttuor: duos supius: totidēq; inferius: idq; sexto mēse ætatis fit.
¶Quod Afranius poeta prudenter & lepide sapientiam filiam esse usus: & memo-
riæ dixit. Cap. viii.

Axime hoc atq; uerissime Afranius poeta de gignēda cōparādaq; sapiētia
m opinatus ē: q; eā filiā esse usus & memoriæ dixit. Eo nāq; argumēto demō sapientia
strat q sapiēs esse rer humanar uelit: nō libris solis neq; disciplinis rhetori
cis dialecticisq; opus ee: sed oportere eū uersari quoq;: exercerīq; in rebus comin no
scēdis: piclitādisq;. Et ea oia acta & euēta firmiter meminisse: & pinde sapere: ac cōsu
lere ex iis quæ picula ipsa rer docuerunt: nō quæ libri tn aut magistri per quasdam
manitates uerbor & imaginū: tanq minimo: aut in somnio delectauerūt. Versus.
Afranii sunt in togata: cui sellæ nomen est.
Vsus me genuit: mater peperit memoria.
Sophiā uocant mi grauiuos sapientiā. Itē uersus est in eādem ferme snīam Pacu-
uii: quē Macedo philosophus uir bonus: familiaris meus scribi debere cēsebat p fo-
ribus oium templor. Ego odi hoies: ignaua opa: & philosophia snīa: Nihil enī fieri
posse indignius: neq; intollerantius dicebat: q̄ q; hoies ignaui ac desides: operti bar-
ba & pallio: mores & emolumenta philosophiæ: in linguæ uerborūq; artes cōuerte-
rent & uitia facūdissime accusarent: intercutibus ipsi uitis madentes.
¶Quid Tullius Tyro in commentariis scripserit de suculis: & hyadibus: quæ sunt
stellarum uocabula. Cap. ix.

Vllius Tyro. M. Ciceronis alūnus & libertus: adiutorq; in litteris studio Tyro
t rum eius fuit. Is libros cōpluris de usu & rone linguæ latinæ: itē de uariis
atq; pmiscuis qonibus cōposuit. In iis esse præcipui uident: quos græco titulo πανδ-
κτασ. i. promiscua & oimoda continētes libros inscripsit: tanq omne rer: atq; do
ctrinar genus continentis. Ibi de iis stellis: quæ appellant suculæ: hoc scriptum est.
Adeo inquit ueteres romani litteras græcas nesciuerunt: & rudes græce linguæ fue-
runt: ut stellas quæ in capite tauri sunt. propterea suculas appellarint: q; eas υᾶδασ suculæ
græci uocant: tanq id uerbum latinum græci uerbi interpretamentū sit: quia græce
υεσ sues latine dicant. Sed υαδασ inquit ουκαπο τωνδων. i. nō a suibus: ita ut no- hyades
stri rupici putauerunt: sed ab eo quod est ὑω. i. puo appellarūt. Nam & quū oriunt
& quū occidunt: tempestates pluuias: largosq; hymbres cient. Pluere aūt græca lin
gua υειν dicitur: Hæc quidem Tyro in pandectis. Sed. n. ueteres nostri: non eousq;

rupices & agreſtes fuerunt: ut ſtellas hyadas iccirco ſuculas nominarent: q̃ ὑεῖν lati
næ ſues dicant̃ ſed ut quod græci ὑπερ nos ſuper dicimus: quod illi ὑπτίος nos ſu-
pinus: quod ὑφορβός nos ſubulcus: quod itē illi ὕπνος nos primo ſymnus: deide
per.y.græce latineq; o litteræ cognationem: ſomnus. Sic quod ab illis ναλεῖν a no
bis primo ſyades: deinde ſuculæ appellatæ. Stellæ aũt iſtæ nō in capite tauri ſunt. ut
Tyro dicit. Nullũ.n. uidetur præter eas ſtellas tauri caput. ſed eæ ita circulo: qui zo
diacus dicitur ſitæ locatæq; ſunt: ut ex eaꝝ poſitu ſpēs quædā & ſimulachrũ eſſe ui-
deatur tauri capitis ſicuti cæteræ ptes: & reliqua imago tauri cōfirmata: & qnaſi de-
picta ē locis: regiōibuſq; eaꝝ ſtellaꝝ: q̃s græci πλεῖαδας nos uirgilias uocamus.

¶Quid ſororis ἐταυμον. ideſt rectam interpretationem dixerit Labeo Antiſtius: &
quid fratris Nigidius. Cap.x.

Abeo Antiſtius iuris quidē ciuilis diſciplinā prīcipali ſtudio exercuit: & cō
ſulētibus de iure publice reſpōſitauit: cæteraꝝ quoq; bonaꝝ artiũ nō exps
fuit. Et in grāmaticā ſeſe: atq; dialecticā: litteraſq; antiquiores: altioreſq; pe
netrauerat: Latinarũq; uocũ origines rōneſq; pcalluerat. Eaq; prēcipue ſcīa ad enodā
dos pleroſq; iuris laqueos utebat̃. Sũt adeo libri poſt mortē eius editi: q̃ poſteriores
inſcribunt̃. Quoꝝ libroꝝ tres cōtinui. xxxviii. xxxix. &. xl. pleni ſunt id genus rerum
ad enarrandā & illuſtrandam linguā latinā conducētium. Prēterea in libris quos ad
prætoris edictũ ſcripſit multa poſuit partim lepide atq; argute reperta: ſicuti hoc ē:
Soror quod in. iiii. ad edictũ libro ſcriptũ legimus. Soror inqt appellata eſt: q̃ quaſi ſeorſũ
Frater. naſcit̃: ſeparaturq; ab ea domo in qua nata ē: & in aliā familiā trāſgredit̃. Fratris aũt
uocabulũ P. Nigidius hō impēſe doctus nō minus arguto ſubtiliq; ἐτυμῳ. i. recto
interpretamento interpretat̃: frater inquit eſt dictus: quaſi fere alter.

¶Quem. M. Varro iuſtum aptumq; eſſe numerũ conuiuarum exiſtimarit. Ac de
menſis ſecundis: & de bellariis. Cap.xi.

Epidiſſimus liber eſt. M. Varronis ex ſatyris menippæis: qui inſcribitur.
Neſcis quid ueſper ſerus uehat: in quo diſſerit de apto conuiuaꝝ numero
deq; ipſius cōuiui habitu cultuq;. Dicit aũt cōuiuaꝝ numeꝝ incipe opor
tere a gratiaꝝ numero: & progredi ad muſaꝝ. i. proficiſci a tribus: & cōſiſtere in no-
uem: ut quũ pauciſſimi cōuiuæ ſunt non pauciores ſint: q̃ tres: quũ plurimi non plu
res q̃ nouē. Nam multos inqt eſſe nō conuenit q̃ turba plerũq; eſt turbulēta. Et ro-
mæ quidē conſtat: ſed athenis: nuſquā aut plures cubāt. Ipſum deinde conuiuiũ cō-
ſtat inqt ex rebus quattuor. Et tũ deniq; oibus ſuis numeris abſolutũ eſt. ſi belli ho-
mũculi collecti ſunt: ſi lectus locus: ſi tp̃s lectũ: ſi apparatus nō neglectus. Nec lo-
quaces aũt inqt cōuiuias: nec mutos legere oportet. Quia eloquētia in foro & apud
ſubſellia. Silentiũ uero nō in cōuiuio: ſed in cubiculo eſſe debet. Sermones igit̃ id tē
poris habēdos cēſet: nō ſup rebus anxiis: aut tortuoſis: ſed iucūdos: atq; inuitabiles:
& cũ quadā illecebra: & uoluptate utiles: ex qbus ingeniũ noſtrũ uenuſtius fiat: &
amœnius. Quod pfecto inqt eueniet: ſi de id genus rebus ad cēem uitæ uſum pti-
nentibus cōfabulemur: de qbus in foro atq; in negociis agēdis loq nō eſt ociũ. Dñm
aũt inquit cōuiuii eſſe oportet nō tam lautũ: q̃ ſine ſordibus. Et in conuiuio legi non
oīa debent ſed ea potiſſimũ quem ſimul ſint βιωφελη. i. uitæ utilitatibus conducen
tia: & delectent. Neq; nō de ſecundis quoq; mēſis cuiuſmodi cē eas oporteat p̃cipit.
Bellaria His. n. uerbis utitur. Bellaria inqt ea maxime ſunt mellita: quæ millita nō ſunt πεμ-

μασιν

ἀδοσιν.i.placētis & bellariis.n.cū πεψει.i.cū panibus ſecūdæ menſæ ſocietas inſida. Quod Varro ī hoc loco dixit bellaria.nequis forte in iſta uoce hæreat. Significat id uocabulum omne menſæ ſecundę genus. Nam q̄ πραγηματα greci: aut πεμματα dixeris:ea ueteres noſtri bellaria appellauerunt. Vina quoq; dulcia eſt inuenire in co mœdiis antiquioribus hoc nomine appellata:dicta eſſe ea liberi bellaria.

¶Tribunos plebis prehenſionē habere:uocationem non habere. Cap.xii.

i N quadam epiſtola Attei Capitonis ſcriptū legimus Labeonē Antiſtiū legū atq; moꝝ po.ro.iuriſq; ciuilis doctū apprime fuiſſe. Sed agitabat in quit hoiem libertas q̄dā nimia & uecors uſq; eo:ut Diuo Auguſto iā principe:& rēp.obtinente ratū tā penſumq; nihil hꝛet:niſi q; iuſtū ſanctūq; eſſe in romanis antiqtatibus legiſſet:ac deinde narrat quid idē Labeo p uiatorē tri.ple. uocatum reſpōdit:quū a muliere inqt quædā tri.ple.aduerſum eū aditi Gellianū ad eū miſiſſent:ut ueniret:& mulieri reſpōderet. Iuſſit eū qui miſſus erat redire: & tribunis dicere ius eos nō hꝛe neq; ſe:neq; aliū quē in cā uocādi:cū moribus maioꝝ tri. ple. prehēſionem hñt:uocationē non hꝛent. Poſſe igit eos uenire & prehēdi ſe iubere: ſed uocādi abſentē ius non hꝛe. Quū hoc in ea Capitonis epiſtola legimus ad ipſum poſtea M. Varronis reꝝ humanaꝝ uno & uiceſimo libro enarratius ſcriptum inuenimus. Verbaq; ipſa ſup ea re Varronis adſcripſimus. In magiſtratu inqt habent alii uocationē:alii prehenſionē:alii neutrū. Vocationē ut cōſules & cæteri qui hñt impiū. Prehenſionē eſt ut tri.ple.& alii q hñt uiatorē. Neq; uocationē neq; p̄henſionē: ut q̄ſtores:& cæteri qui neq; lictorē hñt:neq; uictorem. Qui uocationē hñt iidē prehēdere: tenere:adducere poſſunt:& hæc oīa:ſiue adſunt quos uocāt ſiue acciri iuſſerunt tri. ple. uocationē hñt nullā. Neq; minus multi impiti pinde:atq; haberent:ea ſunt uſi. Nam quidā non mō priuatū:ſed ēt conſulem in roſtra uocari iuſſerunt. Ego triūuir uocatus a portio tri.ple.nō iui:auctoribus principibus:& uetus ius tenui. Item tribunus quū eſſem:uocari neminē iuſſi:nec uocatum a collega parere inuitū. Huius ergo iuris:quod.M. Varro tradit. Labeonē arbitror uana tunc fiducia:quū priuatꝰ eſſet uocatū a tribunis nō iſſe. Quę malū aūt ratio fuit uocātibus nolle obſeq quos cōfiteare ius hꝛe p̄hendēdi. Nā q iure prehēdi:is ēt in uicula duci pōt: ſed q̄rentibus nobis quā ob cām tribuni qui haberēt ſummā cohercendi ptātem: ius uocādi nō habuerint:illud occurrit:q; tri.ple.antiquitus creari uidenť:nō iuri dicēdo:nec cauſis: querelisq; de abſentibus noſcendis:ſed interceſſiōibus faciendis: quibus p̄ſentes fuiſſent ut iniuria:q̄ coram fieret:arceret. Ac propterea ius ad ſe uocandi ademptū:qm̄ ut uim fieri uetarent aſſiduitate eoꝝ:& præſentium oculis opus erat.

¶Quod in libris humanaꝝ.M. Varronis ſcriptū eſt:ædiles & quæſtores po.ro.ius:a priuato ad prætorē uocari poſſe. Cap.xiii.

c Vm ex angulis:ſecretiſq; libroꝝ:ac magiſtroꝝ in mediū iā hoīum:& ī lucē fori ꝓdiſſem q̄ſitum eē memini in plæriſq; romæ ſtatiōibus ius publice docentiū:aut reſpondentiū:an q̄ſtor po.ro.ad p̄torē:in ius uocari poſſet. Id aūt nō ex ocioſa qōne agitabať:ſed uſus forte natæ rei ita erat:ut uocādus eſſet in ius q̄ſtor. Nō pauci igit exiſtimabāt:ius uocatiōis in eū:prætori non eſſe:qm̄ magiſtratus po.ro.,pculdubio eſſet. Et neq; uocari:neq; ſi uenire nollet capi:atq; prebendi:ſalua ipſius magꝛatus maieſtate poſſet. Sed ego qui tū aſſiduꝰ in libris. M. Varronis fui:cum hoc quæri dubitariq; animaduertiſſem:ꝓtuli unum & uiceſimū reꝝ

humanarꝝ:in quo ita ſcriptum fuit. Qui poteſtatem neq; uocationis populi uiritim habent:neq; p̄henſionis:eos magiſtratus a priuato in ius quoq; uocari eſt poteſtas. M. Leuinius ædilis curulis a priuato a p̄torem in ius eſt eductus. Nunc ſtipati ſeruis publicis nō mō prehendi nō poſſunt: ſed ēt ultro ſummouēt populū. Hoc Varro in ea libri parte de ædibus. Supra aūt in eodē libro. Quæſtores neq; uocationē habere:neq; prehenſionem dicit. Vtraq; igit᷑ libri parte recitata in Varronis oēs ſententiam conceſſerunt:quæſtorq; in ius ad prætorem uocatus eſt.

¶ Verba ex libro Meſſallæ auguris. qbus docet qui ſint minores magiſtratꝰ: & cō ſulem prætorēq; collegas eſſe: & quædam alia de auſpiciis. Cap. xiiii.

Pomeriū

Omeriū quid eſſet augures po.ro. qui libros de auſpiciis ſcripſerūt iſtiuſmodi ſnīa definierunt. Pomeriū eſt locus intra agrū effatū: p totius urbis circuitū pene muros regionibus certe is determinatus q facit finē urbani auſpicii. Antiquiſſimū aūt pomeriū: qd̄ a Romulo inſtitutū eſt palatini mōtis radicibus terminabat᷑. Sed id pomeriū ꝑ incrementis reip. aliquotiēs ꝑlatū eſt & multos: editoſq; colles circūplexum eſt. Habebat aūt ius ꝑferēdi pomerii: q̄ po.ro. agro de hoſtibus capto auxerat. Propterea quæſitū eſt: ac nūc ēt in qōne eſt: q̄ ob cām ex ſeptē urbis mōtibus: quū cæteri ſex intra pomeriū ſint auentinus ſolū: q̄ ps nō lōgin qua: nec infrequēs eſt: extra pomeriū ſit. Neq; id Ser. Tullius rex: neq; Sylla: q proferendi pomerii titulū quæſiuit: neq; poſtea diuus Iulius: quū pomeriū ꝑferet: intra effatos urbis fines incluſerint. Huius Meſſalla aliquot cās uideri ſcripſit. Sed p̄ter eas oīs ipſe unā ꝑbat: q̄ in eo mōte Remus urbis condēdæ gr̄a auſpicauerit: aueſq; irritas habuerit: ſupatuſq; in auſpicio a Romulo ſit. Iccirco inqt oēs q pomeriū ꝑtulerunt: montē iſtū excluſerūt: q̄ ſi auibus obſcenis o minoſum. Sed de auētino mōte p̄termittendū nō putaui: q̄ iampridē ego in Elidis grāmatici ueteris cōmentario of-

auentinus mons.

fendi in quo ſcriptū erat auentinū antea ſicuti diximus extra pomeriū excluſū. Poſt auctore diuo Claudio receptū: & intra pomerii fines obſeruatū: in edicto cōſulum: quo edicunt. Qui dies comitiis cēturiatis futurus ſit ſcribit᷑. Ex uetere forma perpetua neq; magiſtratus minor de cælo ſeruaſſe uelit. Quæri igit᷑ ſolet: q ſint magr̄atus minores ſup hac re meis uerbis nil opus fuit: qm̄ liber. M. Meſſallæ auguris de auſpiciis primo: quū hæc ſcriberemus: forte affuit: ꝓpea ex libro uerba ipſius Meſſallę ſubſcripſimus. Patricioꝝ auſpicia i duas ſunt ptātes diuiſa. Maxima ſunt cōſulū: p̄toꝝ: cēſoꝝ. Neq; tñ eoꝝ oīum inter ſe eadē aut ejuſdē ptātis: ideo & collegæ nō ſunt cēſores cōſulū: aut p̄toꝝ: prætores conſulū ſunt. Ideo neq; cōſules aut p̄tores cenſoribus: neq; cenſores cōſulibus: aut p̄toribus turbant: aut retinēt auſpicia. At cenſores inter ſe: rurſus prætores cōſuleſq; inter ſe: & uitiant: & obtinēt: p̄tor & ſi collegā cōſulis eſt: neq; prætorē neq; conſulem iure rogare pōt: ut qdem nos a ſupioribus accepimus: aut ante hæc tpa ſeruatū ē. Et ut in cōmētario. xiii. C. Tuditani patet qa impiū minus p̄tor. maius hēt cōſul: & a minore impio maius: aut a maiore collega rogare iure nō pōt. Nos his tpibus p̄tores prætore creāte ueteꝝ auctoritatē ſumꝰ ſecuti neq; his comitiis in auſpicio fuimꝰ. Cēſores æque nō eodē roganť auſpicio: atq; cōſules & p̄tores. Reliquoꝝ magiſtratuū minora ſūt auſpicia. Ideo illi minores. hi maiores magiſtratus appellanť. Minoribus creādis magiſtratibus: Tributis: comitiis: magiſtratus: ſed iuſtus curiata datur lege maiores cēturiatis comitiis fiunt. Ex his oībus uerbis Meſſallæ manifeſtū ſit: & q ſint magiſtratꝰ minores: & quāobrē minores appellentur.

pellentur. Sed & collegam esse ꝑtorē cōsuli docet: q; eodē auspicio creantur Maiora autem dicuntur auspicia hēre quia eorum auspicia magis rata sunt: q̄ aliorum.

¶Itē uerba eiusdē Messalæ differentis: aliud eē ad populum loqui: aliud cū populo agere & qui magistratus a quibus auocent comitiatū eiusdem capituli. xiiij. portio.

i Idem Messalla in eodē libro de minorib9 magistratibus ita scribit. Cōsul ab oibus magistratibus: & comitiatū & concionem auocare pōt. Prætor & comitiatum: & concioem usq; quaq; auocare pōt nisi a consule. Minores magistratus nusq̄: nec comitiatum: nec concionem auocare possunt. Ea re q eo⁹ primus uocat ad comiciatum: is recte agit. Quia bifariam cum populo agi non potest. Nec auocare alius alii posset si cōcionem habere uellet: uti nec cū populo agant q̄is multi magistratus simul concionē habere possunt. Ex his uerbis Messallæ manifestū est: aliud esse cum populo agere: aliud conciouem habere. Nam cum populo agere est rogare quid populum: ad quod suffragiis suis aut iubeat: aut uetet. Cōcionē autem habere: est uerba facere ad populum sine ulla rogatione. Cū populo agere Concionē habere

¶Humanitatem non id significare: quod uulgus putat. Sed eo uocabulo qui sinceriter locuti sunt magis proprie esse usos. Cap. xv.

q Vi uerba latina fecerūt: quiq; iis ꝓbe usi sunt humanitatem nō id esse uoluerunt quod uulgus existimat. Quodq; a græcis φιλανθρωπία. i. erga hoies amor dr̄: & significat dexteritatem quādā beniuolētiamq; erga oīs hoies pmixtā. Sed humanitatē appellarunt id ꝓpemodū: qđ græci παιδειαν uocant nos eruditionē institutionēq; in bonas artes dicimus: quas q sinceriter cupiunt: appetūtq;: ii sunt uel maxime humanissimi huius. n. scīæ cura: & disciplina ex uniuersis aīantibus uni hoī data ē. Iccircoq; humanitas appellata ē: sic igit̄ eo uerbo ueteres eē usos: & cū primis. M. Varronē. M. q; Tullium oēs ferme libri declarāt. Quā obrē satis habui unū iterī exēplū ꝓmere. Itaq; uerba posui Varronis e libro rer⁹ hūanar⁹ primo. cuius pricipiū hoc ē Praxiteles: q ꝑp artificiū egregiū: nemini ē paulum mō humaniori ignotus. Humaniori inqt nō ita ut uulgo dr̄ facili & tractabili: & beniuolo: tametsi rudis litterar⁹ sit (hoc. n. cū snīa nequaq̄ conuenit) sed eruditiori doctoriq;: qui Praxitelem quid fuerit: ex libris & historia cognouerit.

¶Quid apud. M. Catonem significent uerba hæc: inter os & offam. Cap. xvi.

o Ratio ē. M. Catonis Cēsorii de ædilibus uitio creatis. Ex ea oratōe uerba hęc sunt. Nūc ita aiūt in segetibus: & i herbis bona frumēta eē: Nolite ibi nimiā spē habere. Sæpe audiui inter os atq; offam multa interuenire posse. Ver⁹ inter offam atq; herbā ibi uero longū interuallū est. Euritius Clarus: qui p̄fectus urbi: & bis cōsul fuit: uir mor⁹: litterarūq; uete⁹ studiosissimus ad Sulpitiū Apollinarē scripsit: hoiem memoriæ nostræ doctissimū quærere sese: & petere: ut sibi rescriberet: quæ nam essent eor⁹ uerbor⁹ snīa. Tum Apollinaris nobis præsentib9 (nam id temporis ego adolescēs Romæ sectabar eum discēdi gratia) rescripsit Claro: ut uiro erudito: breuissime. Vetus esse prouerbium inter os & offam: idem significans: quod græcus ille παραιμιοδης. ideſt prouerbio tritus uersus.

πολλα μεταξυ πελει κυλικος και χειλεος ακρου. ideſt

Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.

inter os & offam

¶Platonē tribuere Euripidi sophoclis uersum. Et iueniri uersus uerbis iisdē: aut paucis syllabis imutatis apud diuersos poetas: temporibus uariis natos. Cap. xvij.

Ersus est notæ uetustatis senarius.

n σόφοι τυραννοί τωγσοφων συνοόσια. Ideſt
Sapientes tyranni sunt congressu sapientum.

Eum uersum Plato in rheeteto Euripidis esse dicit. Quod quidem nos admodū miramur. Nam scriptū eū legimus in tragœdia Sophoclis: quæ inscripta est αἰας ὁλο κρος: ideſt Aiax locrensis. Prior aūt natus fuit. Sophocles: q̄ Euripides. Sed etiam ille uersus non minus notus γερων γεροντα παιδαγωγησ ωσεγω. ideſt Senem senex ego teipsum erudiero: Et in tragœdia Sophoclis scriptus est: cui titulus est φιλοκτητησ. i. Philotecta: & in bacchis Euripidis id quoq; animaduertim⁹ apud Eschyllum ενταῦθ πυρφορω προμηθεῖ. i. ignigero Prometheo: & apud Euripidē ī tragœdia quæ inscripta est ινω. i. Ino: eundem esse uersum: absq; paucis syllabis. Eschyllus sic.

σιγων τε σοῦδει. καὶ λεγων τἀκαιρία. ideſt
Tacensq; ubi opus est: & oportuna loquens. Euripides ita.
σιγαν τε σοῦδει. καὶ λεγειν αφαλες. ideſt
Silereq; ubi opus est: & tuto loqui.

Fuit autem Eschyllus non breui antiquior.

¶ De genere atq; nominibus familiæ Portiæ. Cap. xviii.

Vum in dom⁹ biberianę bibliotheca sederemus: ego & Apollinari Sulpitius: & alii quidam mihi aut illi familiares: prolatus forte liber ē ita inscriptus. Mar. Catonis Nepotis. Tum quæri cœptum est: quisnam is fuisse .M. Cato. Nepos. At ibi adolescens quispiam (quod ex eius sermone coniectare potui) non abhorrens a litteris. Hic inquit est. M. Cato: non cognomento Nepos: sed .M. Catonis censorii ex filio Nepos: qui pater fuit: M. Catonis prætorii uiri: qui bello ciuili uticę necem sibi gladio manu sua cōsciuit de cuius uita liber ē. M. Ciceronis: qui inscribit laus. M. Catonis: quem in eodem libro idem Cicero pronepotem fuisse dicit. M. Catonis Censorii. Eius igitur quem Cicero laudauit: pater hic fuit. M. Cato: cuius orationes ferunt inscriptę. M. Catonis nepotis. Tum Apollinaris (ut mos eius in repræhendendo fuit) placide admodū: leniterq;. Laudo inquit te mi fili: q; in tantula ætate: et si hunc. M. Catonem: de quo nunc quæritur: quis fuerit ignores aut dittiuncula tamen quadam de Catonis familia aspersus es. Non unus aūt: sed cōplures. M. illius Catonis Censorii nepotes fuerūt geniti: nō eodē patre. Duos enim. M. ille Cato: qui & orator: & censor fuit: filios habuit: & matribus diuersos: & ætatibus longe dispares. Nam iā adolescente altero: matre eius amissa: ipse quoq; iā multū senex. Salonii clientis sui filiam uirginē duxit in matrimonium. Ex qua natus ē ei. M. Cato Salonianus. hoc. n. illi cognomentum fuit a Salonio patre matris datum Ex maiore āt Catonis filio: qui prætor designatus uiuo mortuus ē: & egregios de iuris disciplina libros reliquit nascit hic: de quo quęrit. M. Cato. M. filius. M. Nepos. Is satis uehęmens orator fuit: multaq; orationes ad exemplum aui scriptas reliquit: & consul cum. Q. Martio rege fuit. Inq; eo consulatu in africam profectum in ea prouincia mortem obiit. Sed is nō ita ut dixi. M. Catonis prætorii: uiri qui se uticæ occidit: & quem Cicero laudauit pater fuit. Nec qa hic Nepos Catonis Censorii: ille autem pronepos fuit propterea necessum est patrem hunc ei fuisse. Hic enim nepos cuius hæc modo prolata oratio est: filium quidem maiorem Catonem habuit: sed nō eum: qui uticæ periit: sed q̄ quum ædilis curulis. & prætor fuisset in galliam narbonensem

catonum familia

nenſem profectus: ibi nita functus eſt. Ex altero autem uiro cenſorii filio longe natu minore. quem Salonianum eſſe appellatū dixi duo nati ſunt. L. Cato &. M. Cato. Is. M. Cato tri. ple. fuit: & prætură petens mortē obiicit exq; eo natus eſt. M. Cato prætorius: qui ſe bello ciuili utice interemit de cuius uita laudibuſq; quū. M. Tullius ſcriberet: pro nepotem eum Catonis cenſorii dixit fuiſſe. Videtis igitur hanc ꝑtem familiæ quæ ex minore Catonis filio ꝓgenita eſt: non ſolum generis ipſius tramitibus ſed temporum quoq; ſpacio differre. Nam quia ille Salonianus: in extrema partis ætate ſicuti dixi natus fuit: ꝓgnati quoq; ab eo aliquanto poſteriores fuerūt. q̄ qui a maiore fratre eius geniti erāt. Hanc quoq; temporum differentiam facile animaduertetis ex hac ipſa oratione: quū eam legetis. Hæc Sulpitius Apollinaris: nobis audientibus dixit: quæ poſtea ita eſſe uti dixerat cognouimus quum & laudationes funebres & librum commentarium de familia portia legeremus.

¶ Quod a ſcriptoribus elegantiſſimis maior ratio habita ſit ſonitꝰ uocum: atq; uerborum iucundioris: quæ a græcis εὐφωνία: ideſt uocalitas: cōſonantiaq; dicitur: q̄ regulæ diſciplinæ a grammaticis reperta eſt. Cap. xix.

INterrogatus eſt probus Valerius: q; ex familiari eiꝰ quodā cōperi: haſne urbis: an has urbes: & hanc turrē: an hāc turrim dici oporteret. Si aut uerſum inquit pāgis: aut orationē ſolutā ſtruis: atq; ea uerba uti dicēda ſunt nō finitiones illas ꝓrancidas: neq; fetundinas grāmaticas ſpectaueris: ſed aurē tuā interroga quo quid loco cōueniat dicere: qd̄ illa ſuaſerit: id ꝓfecto erit rectiſſimū. Tū is q quærierat quonāmodo inquit uis aurē meā interrogem? Et Probū ait reſpondiſſe quo ſuā Virgilius ꝓcontatus eſt: qui diuerſis in locis: urbes: & urbis dixit: arbitrio conſilioq; uſus auris. Nam in primo georgicoꝝ: quem ego inquit librum manu ipſius collectum legi urbis per i litteram ſcripſit. Verba e uerſibus eius hæc ſunt. Vrbis
Tuq; adeo: quem mox: quæ ſint habitura deorum.
Concilia incertum eſt: urbis ne inuiſere cæſar.
Terrarūq; uelis curā. Verte. n. & muta ut urbes dicas. iſipidius neſcio quid facies: & pinguius. Contra in tertio æneidis. Vrbes dixit per e litteram. Centum urbes habitant magnas. Hic item muta: ut urbis dicas: nimis exilis uox erit & exanguis. Tanta quippe iuncturæ differentia eſt in cōſonātia uocum ꝓximarū. Præterea idem Virgilius turrim dixit non turrē: & ſecurim non ſecurem. Turrim in præcipiti ſtantem.
Et incertā excuſſit ceruice ſecurim: quæ ſunt (opinor) iucūditas gracilitatis: q̄ ſi ſuo Turrim
utrūq; loco ꝑ e lrām dicas. At ille q interrogauerat rudis ꝓfecto: & aure agreſti homo. Cur inquit aliud alio in loco doctius rectiuſq; eē dicas: nō ſane itelligo? Tū Probus iam cōmotior. Noli inquit igitᵉ laborare: utrum iſtoꝝ debeas dicere: urbis an urbes. Nam quum id genus ſis quod uideo: ut ſine iactura tui pecces: nihil ꝑdes utrū dixeris. His tum uerbis Probus: & hac fini hominem dimiſit: ut mos eius fuit erga i dociles ꝓpe inclæmēter. Nos aūt aliud quoq; poſtea conſimiliter a Virgilio duplici modo ſcriptū inuenimus: Nā tres & tris poſuit eodē i loco: ea iudicii ſubtilitate: ut ſi aliter dixeris mutaueriſq; & aliquid tamē auris habeas ſentas ſuauitatē ſonitus diuidere. Verſus ex decimo hi ſunt. Tres quoque threicios boreæ de gente ſuprema. Tres
Et tris quos idas pater & patria hiſmara mittit tres hic tris illic. utrumq; penſiculate modulateq; repies: ſuo qcq; in loco ſonare aptiſſime. Sed in illo quoq; itidem Virgilii uerſu. Hæc finis Priami fatoꝝ ſimul ut & hic finis dicas: durum atque abſonum

erit. Reſpuentq; aures: quod mutaueris: ſicut illud contra eiuſdē Virgilii inſuauius facias: ſi mutes. Quē das finē rex magne laboꝝ? Nam ſi ita dicas quā das finem? in iucundum neſcio quo pacto: & laxiorē uocis ſonum feceris. Enni⁹ itē rectos cupreſſos dixit contra receptum uocabuli genus: hoc uerſu. Capitibus mutantis pinos rectoſq; cupreſſos. Firmior ei credo: & uiridior ſonus eſſe uocis uiſus eſt rectos dicere cupreſſos: q̄ rectas. Contra uero idem Ennius in annali. xxii. aere fulua dicit: non fuluo. Non ob id ſolum: quod Homerus αερά βαθεῖαν. i. aerem hoc eſt caliginē: & nebulam profundā dicit. Sed q; hic ſonus (opinor) uocabulior eſt uiſus: & amœnior. Sicuti etiam. M. Ciceroni mollius teretiuſq; uiſum eſt in quīta in Verrem fretu ſcribere q̄ freto. Peranguſto inquit fretu diuiſa. Erat. n. craſſius: uaſtiuſq; p anguſto freto dicere. Itidem in ſecunda ſimili uſus modulamine: manifeſto peccatu inquit: non peccato: hoc. n. ſcriptum in uno: atq; in altero antiquiſſime fidei lib. tyroniano reperi. Verba ſunt Ciceronis hæc. Nemo ita uiuebat: ut nullas eius uitæ pars ſummæ turpitudinis eſſet expers: nemo ita in manifeſto peccatu tenebat̄: ut cum impudens fuiſſet in facto: tum impudentior uideret̄ ſi negaret. Huius autem uocis cum elegantior hoc in loco ſonus: tum ratio certa: & p̄bata eſt: hic. n. peccatus: quaſi peccatio: recte latineq; dicit̄. Sicut hic inceſtus: non qui admiſit ſed quod admiſſum eſt: & hic tributus: quod tributum nos dicimus: a pleriſq; ueteꝝ dicta ſunt: hic quoq; allegatus: & hic arbitratus: p allegatione: proq; arbitratione dicunt̄. Qua ratione ſeruata: arbitratu & allegatu meo dicimus. Sic igit̄ in manifeſto peccatu dixit: ut ī manifeſto inceſtu ueteres dixerunt. Non quin latinum eſſet: peccato dicer̄ ſed quia in loco iſto poſitum ſubtilius ad aurem: molliuſq; eſt. Lucretios æque auribus inſeruiēs: funem fœminino genere appellauit: in hiſce uerſibus.

Aere fulua
Fretu
peccatu
Allegat⁹

Nunc ut opinor enim mortalia ſæcla: ſuperne
Aurea de cælo demiſit funis in arua

Quū dicere uſitatius: manente numero poſſet. Aureus e cęlo demiſit funis ī arua: Sacerdotes ēt fœminas. M. Cice. antiſtias dicit: non ſm grāmaticam legem antiſtites. Nam quum inſolentias uerboꝝ a ueteribus dictoꝝ plerunq; reſpueret: huius tñ uerbi in ea pte ſonitu delectatus. Sacerdotes inquit Cereris atq; illius fani antiſtitæ uſq; adeo in quibuſdam: neq; rationem uerbi: neq; conſuetudinē ſed ſolam autem ſecuti ſunt: ſuis uerba modulis penſitantem. Quod qui non ſentiunt: inquit idem ipſe M. Cice. quum de numeroſa & apta oꝛone diſſereret: quas auris habeāt: aut quid in iis hoīs ſimile ſit neſcio. Illud uero cum primis apud Homeꝝ ueteres grāmatici adnotauerunt: q; quum dixiſſet quodam in loco: κολοιοῦσ τε ψιρασε. i. graculos ſturnoſq;. Alio in loco non ψηρωντε̄. i. ſturnoꝝ: ſed ψαρων dixit. τωνδοστε ψαρων νεφοσ ερψε̄ται νε κολίων. i. Hoꝝ ut de ſturnis nubes graculiſue Secutus nō communem ſed p̄priam in quocunq; uocis ſitu iucunditatem. Nam ſi alteꝝ in alterius loco ponas: utrunq; feceris ſonitu in ſuaue.

Antiſtitaſ

¶ Verba. T. Caſtritii rhetoris ad diſcipulos adoleſcentes de ueſtitu: atq; calciatu nō decoro. Cap. xx.

Caſtriti⁹

T. Caſtritius rhetoricæ diſciplinæ doctor: q habuit Romæ locum p̄cipue declamādi: & docendi ſūma uir auctoritate: grauitateq; & a diuo Hadriano mores atq; ſras ſpectatus: quū me p̄ſente (uſus ſum. n. eo magiſtro) diſcipulos quoſdā ſuos ſenatores uidiſſet die feriato tunicis: & lacernis īdutos: & gallicis

calciatos. Equidē inquit maluiſſem uos togatos eſſe. Pigitum eſt cinctos ſaltem eſſe penulatos. Sed ſi hic ueſter huiuſcemodi ueſtitus de multo iā uſu ignoſcibilis eſt ſo ſoleatos tñ uos populi ro. ſenatores: per urbis uias ingredi nequaq̄ decorū eſt. Non hercle uobis minus: q̄ illi tū fuit: cui hoc. M. Tullii ꝓ turpi crimine obiectauit. Hec me audiente Caſtitius: & quædā alia ad eā rem cōducentia romane: & ſeuere dixit. Pleriq; aūt ex iis qui audierāt: requirebāt: cur ſoleatos dixiſſet: qui gallicas: nō ſoleas haberēt? Sed Caſtitius ꝓfecto ſcite: atq; ĩcorrupte locutus eſt. Oĩa. n. ferme id genus: qbus plantaꝝ calces tñi in fine teguntur: cætera ꝓpe nuda: & teretibus habenis iuncta ſunt: ſoleas dixerunt. Nōnunq̄ uoce græca crepidulas. Gallicas aūt uerbum eſſe opinor nouum: non diu ante ætatem. M. Ciceronis uſurpari cœptū. Itaq; ab eo ipſo poſitum eſt in ſecunda antonianaꝝ. Cum gallicis inquit: & lacerna cucurriſti: Neq; in ea ſignificatione id apud quenq̄ alium ſcriptum lego: grauioris dūtaxat auctoritatis ſcriptorem: ſed (ut dixi) crepidas: & crepidulas: prima ſyllaba correpta id genus calciamentū appellauerunt: quod græci κρηπιδασ. i. crepidulas. Eiuſq; Calciamenti ſutores crepidarios dixerunt. Sempronius Aſellio in libro rerum geſtarū quartodecimo. Crepidarium inquit cultellum rogauit a crepidario ſutore.

¶ Cōprecationes: quæ ritu romano fiūt diis: expoſitæ ſunt ĩ libris ſacerdotū inter q̄s Marti nerienē tribuūt: & quid neriene: ſeu nerio nomē importet. Cap. xxi.

m des tūc grauiter ægrū ire uisere: atq; ibi qui introducti sumus: offendimus eū cubātē i symphodio græciēsi: circū undiq; sedentibus multis: doctrina aut genere aut fortuna nobilibus uiris: assistebat fabri ædiū complures balneis nouis moliendis adhibiti: ostēdebantq; depictas in mēbranulis uarias spēs balneaȝ. Ex quibus quū elegisset unā formā: speciēq; ueris: iterrogauit: quātus esset pecuniæ conspectus ad id totū op9 absoluēdū. Cūq; architectus dixisset necessaria uideri eē sestertia ferme. ccc. un9 ex amicis Frōtonis & p̄ter pp inqt alia qnquaginta. Tū fronte dilatis Præter
sermonib9 quos hīe de balneaȝ sumptu īstituerat: aspiciēs ad eū amicū q̄ dixerat qn propter.
quaginta eē alia p̄ter pp: at ille amicus nō meū inqt hoc uerbū ē: sed multoȝ hominū quos loquētis id audias. Quid āt id uerbū significet: nō ex me sed ex grāmatico q̄ endū ē. ac simul digito demōstrat grāmaticū haud in celebri noīe romę docētē sedentē. Tū grāmaticus usitati peruulgatiq; uerbis obscuritate motus. Quærimus inqt: qd honore qōnis minime dignū ē. Nā nescio quid hoc p̄nimis plæbeiū est & inopificum sermonibus q̄ notius: at. n. Frōto iā uoce atq; uultu intētiore: ita ne inqt magister de honestū tibi: deculpatū hoc uerbū uidetur quo: &. M. Cato. &. M. Varro & pleraq; ætas superior ut necessario & latino usi sunt At ibi iulius Celsinus admonuit ī tragœdia quoq;. Q. Ennii: quæ Iphigenia inscripta est: idipsū de quo quærebat: scriptū esse & a grāmaticis cōtaminari magis solitū quā enarrari. Quo circa statim ꝑferri Iphigeniam. Q. Ennii iubet in eius tragœdiæ choro inscriptos esse hos uersus legimus.

Ocio qui nescit uti: plus negocii habet.
Quam quum est negocium in negocio.
Nam cui quid agat: institutum est: nullo negocio
Id agit studet ibi: mentem atq; animum delectat suum
Ocioso initio animus nescit: quid uelit.
Hoc idem est enim neq; domi nunc nos: nec militiæ sumus.
Imus huc: hīc illuc: quum illuc uentum est: ire illinc iubet.
Incerte erat animus: præter propter uitam uiuitur.

Hoc ubi lectū est: tum deinde Frōto ad grāmaticū iā labentē: audisti inqt magister optime Ennium tuū dixit præter propter: & cū snīa qdem tali quali seueriſſimæ philosophorum eē obiurgationes solēt. Petimus igit dicas (quoniam de Enniano iā uerbo quærit) quid sit notus eiusce uersus sensus: incerte erat aīus: præter ꝑpter uitam uiuitur. Et grāmaticus sudans multū ac rubens multum: quū id pleriq; prolixius ri

derent exurgit. Et abiens. Tibi inquit fronto poſtea uni dicam: ne inſcitiores audiant ac diſcant: atq; ita omnes relicta ibi quæſtione uerbi conſurreximus.

¶Ponit uerſus Platonis amatorios: quos admodum iuuenis luſit: dum tragœdiis contendit. Cap. xi.

Elebrantur duo iſti græci uerſiculi: multorumq; doctoq; hominum me-
c moria dignãtur: q; ſint lepidiſſimi & uenuſtiſſimæ breuitatis. Neq; adeo pauci ſunt ueteres ſcriptores: qui eos Platonis eſſe philoſophi affirmant: quibus ille adoleſcẽs luſerit: cum tragœdiis quoq; eodem tpe faciendis præluderet.

ΤΗΝ ψῡΧΗΝ ΑΓΑΘΩΝΑ ΦΙΛΩΝ ἘΠΙΧΕΙ ΛΕΣΙΝ ΘΟΧΟΝ.
ΗΛΘΕ ΓΑΡ Η ΤΛΗΜΩΝ. ΩΣ ΔΙΑΒΗΣ ΟΙΔΕΜΙ. ideſt

Sauia dans agathoni animam ipſe in labra tenebam.
Aegra etenim properans tanq̃ habitura fuit. Amicus meus ΟΥΚΑΜΒΥΣΟΣ. ideſt non inelegans adoleſcens: in plures uerſiculos licentius liberiuſq; uertit: qui quoniam mihi quidem uiſi ſunt non eſſe memoratu indigni: ſubdidi.

Dum ſemhiulco ſauio meum puellum ſauior.
Dulcemq; florem ſpiritus duco ex aperto tramite:
Anima ægra & ſaucia cucurrit ad labias mihi.
Rictumq; oris peruium & labra pueri mollia.
Rimata itineri tranſitus: ut tranſiliret nititur.
Tum ſi moræ quid pluſculæ fuiſſet in cœtu oculi
Amoris igni percita tranſiſſet: & me linqueret.
Et mira prorſum res maneret: ut ad me fierem
Mortuus: ad puerum intus uiuerem.

¶Diſertatio Herodis attici ſuper ui & natura doloris: Suæq; opinionis affirmatio p exẽplum indocti ruſtici. qui cum rubis fructiferas arbores præcidit. Cap. xii.

Erodẽ atticũ conſularem uiq; athenis differentem audiui græca oõne i qua
h fere omnis memoriæ noſtræ uniuerſos grauitate atq; copia: & elegãtia uo cum longe præſtitit. Diſſeruit aũt cõtra ΑΠΑΦΙΑΝ. i. tranqllitatem ſtoicorũ laceſſitus a quodam ſtoico: tanq̃ minus ſapienter: & parum uiriliter dolorem ferret: ex more pueri: quẽ amauerat. In ea diſertione q̃tulum memini: huiuſcemodi ſenſus eſt: q; nullus uſq̃ homo q ſecundum naturã ſentiret: & ſaperet: affectionibus iſtis animi: quas ΠΑΘΗ. i. paſſiones appellabant ægritudinis: cupiditatis: timoris: iræ uoluptatis carere: & uacare totis poſſet: & oino non dolere. Atq; ſi poſſet etiam obniti ut totis careret: non ex re id eſſe melius quoniam langueret aius: & torperet affectionũ quarundam adminiculis ut neceſſario plurimum imperio priuatus. Dicebat. n. ſenſus iſtos motuſq; animi: qui quum imoderatiores ſunt: uitia fiunt: innexos implicatoſq; eſſe uigoribus quibuſdam mentium & alacritatibus. Ac propterea ſi oino omnis eos impitius cõuellamus periculum eẽ: ne eis adhærentes bonas quoq; & utiles ai indoles amitamus. Moderandos eſſe igitur & ſcire conſiderateq; purgãdos cẽſebat: ut ea tm̃ quæ aliena ſunt: cõtraq; naturã uiderent: & cũ pernicie agnata ſunt detrahãtur. Ne profecto id accidat: quod cuipiã Thracio inſipienti & rudi in agro: quẽ emerat: procurando uenisſe uſu fabula eſt. Homo Thracius iquit ex ultima barbaria ruris colendi inſolens: quum in terras cultiores humanioris uitæ cupidine commigraſſet: fundum mercatus eſt olea atq; uitæ conſitum qui quia nihil admodum ſup uitæ

aut arbore

aut arbore colẽda ſciret: uidet forte uicinũ rubos late atq; alte abhortos excidẽtẽ. Fraxinos ad ſummũ ꝓpe uerticẽ deputantẽ. Suboles uitiũ e radicibus caudicum ſup terram fuſas reuelẽtẽ. Stolones in pomis: aut i oleis, ꝓceros: atq; decerptos amputantẽ Acciditq; ꝓpe: & cur tantã ligni atq; frondiũ cædẽ faceret: ꝓcõtatus eſt. Et uicin⁹ ita reſpõdit: ut ager inqt mũdus puruſq; fiat: eiuſq; arbor atq; uitis fœcũdior. Diſcedit ille a uicino grãs agẽs: & lætus tanq̃ adeptus rei ruſticæ diſciplinã. Tũ falcẽ ibi ac ſecurim capit. atq; ibi hõ miſer iperitus: uites ſuas ſibi oĩs & oleas detrũcat. Comaſq; arbor⁊ lætiſſimas: uberrimoſq; uitum palmites decidit: & fructeta atq; uirgulta ſimul oĩa pomis frugibuſq; gignendis fœlicia: cũ ſentibus & rubis: purificandi agri gra cõuellit: mala mercede doctus: audaciã: fiduciãq; peccandi imitatione falſa eruditus: Sic inqt iſti apathię ſectatores: qui uideri ſe eſſe tranqllos: & intrepidos: & imobiles uolũt: dũ nihil capiũt: nihil dolẽt: nihil iraſcunt: nihil gaudẽt: oĩbus uehementioribus animi officiis amputatis: in corpore ignauæ & quaſi eneruatæ uitæ conſeneſcũt.

¶ Quos pumiliones dicimus: græce ναηοῦσ appellari. Cap. xiii.

Tabant forte una in ueſtibulo palatii fabulãtes Fronto Cornelius: & Feſtus Poſthu. & Apolli. Sulpitius. Atq; ibi ego aſſiſtens cũ quibuſdã aliis ſermones eo⁊ quos de litter⁊ diſciplinis habebant: curioſius captabam. Tũ Fronto Apollinari. Fac me inquit magiſter ut ſim certus: an recte ſuperſederim nanos dicere: parua nimis ſtatura hoies: maluerimq; eos pumiliones appellare: qm̃ hoc ſcriptũ eſſe in libris ueter⁊ meminerã. Nanos aũt ſordidũ eſſe uerbũ & barbarũ credebã. Eſt inquit hoc Apollinaris in cõſuetudine imperiti uulgi frequẽs: ſed barbarũ nõ eſt: cenſeturq; linguæ græcæ origine. Ναηοῦσ. n. græci uocauerunt breui atq; humili corpore hoies: paulum ſupra terrã extantes. Idq; ita dixerũt adhibita quadã ratione etymologiæ cũ ſnia uocabuli competẽte. Et ſi memoria inquit mihi non labat ſcriptũ hoc eſt in comœdia Ariſtophanis: cui nomẽ eſt ἀκλαηηο. i. minime plorans. Fuiſſet aũt uerbũ hoc a te ciuitate donatũ: aut in latinã coloniã deductũ: ſi tu eo uti dignatus fores. Eſſetq; in impendio ꝓbabilius: quã quæ a Laberio ignobilia nimis & ſordentia in uſũ linguæ latinæ ĩtromiſſa ſunt. Tũ Feſtus Poſthumius grãmatico cuipiã latino Frõtonis familiari. Docuit inqt nos Apollinaris nanos uerbũ græcũ eſſe. Tu nos doce in quo de mulis aut equuleis humilioribus uulgo dicit⁊: an ne latinum ſit: & apud quẽ ſcriptũ reperiat⁊. Atq; ille grãmaticus: hõ ſane perq̃ in noſcendis ueteribus ſcriptis exercitus. Si piaculũ inquit nõ cõmittit⁊ ꝑſente Apollinare: qd de uoce illa græca latinaue ſentiam dicere audeo tibi Feſte quærenti reſpondere eſſe hoc uerbũ latinum. Scriptũq; inueniri in poematis Heluii cinnæ non ignobilis neq; indocti poetæ. Verſus eius ipſos dixit: quos qm̃ memoriæ mihi aderant: adſcripſi.

Nanus

At nunc me genii nana per ſalicta
Bigis rheda rapit citata nauis.

¶ Contemporaneos fuiſſe Cæſari & Ciceroni. M. Varronẽ: &. P. Nigidium ætatis ſuæ doctiſſimos romanos. Et q; Nigidii commentationes propter ea⁊ obſcuritates ſubtilitatemq; in uulgus non exeunt. Cap. xiiii.

M. cicero
C. Cæſar
M. Varr.
P. Nigidius

Etas. M. Ciceronis: &. C. Cæſaris ꝑſtãti facũdia uiros paucos habuit. Doctrina⁊ aũt multiformiũ uariarũq; artiũ qbus humanitas erudita eſt: cultum habuit. M. Varronẽ: &. P. Nigidiũ. Sed Varronis quidẽ monumẽta re⁊ ac diſciplina⁊: quæ per litteras cõdidit in ꝓpatulo frequẽtiq; uſu ferunt⁊. Nigi

123

dianæ aũt cõmentationes nõ perinde in uulgus exeunt: & obſcuritas ſubtilitaſq; eaꝝ tanq̃ paꝝ utilis derelicta eſt. Sicuti ſunt quę pauloante legimus in cõmentariis eius: quos grãmaticos inſcripſit. Equibus q̃dã ad demõſtrãdũ ſcripturæ genus exẽpli gr̃a ſumpſi. Nã quũ de nã atq; ordine lr̃aꝝ differeret: quas grãmatici uocales appellãt: uerba hæc ſcripſit. Quæ relinqmus inenarrata ad exercẽdã legẽtiũ intẽt onẽ a & o ſp̃ principes ſunt i & u ſemp ſubditæ e & ſubdit & p̃it. In eurippo præit & ſubdit in æmilio. Siqs putat p̃ire u in his uerbis Valerii: Vẽnoni: uoluſi. Aut i in his iampridẽ: iecur: iocũ: iucũdũ: errabit q; hæc lr̃æ quũ præũt: ne uocales quidẽ ſunt. Itẽ ex eodẽ libro uerba hæc ſunt. Inter lr̃am n & g eſt alia uis: ut in noĩe anguis & angaria: & ancoræ: & increpat: & incurrit: & ingenuus. In oĩbus. n. his nõ ueꝝ n ſed adulterinũ poni tur. Nam n nõ eſſe: lingua indicio eſt. Nam ſi ea littera eſſet lingua palatũ tangeret. Alio deinde in loco eſt ſcriptum. Græcos nõ tãtæ inſcitiæ arceſſo qui ou ex o & u ſcripſerunt: quantæ qui ei ex e & i illud enim inopia fecerunt: hoc nulla re ſubacti.

¶ Auli Gelii noctium atticarum commentarii: Liber Vigeſimus.

¶ Diſceptatio Sexti Cecilii iureconſulti: & Phauorini philoſophi de legibus duodecim tabularum. Cap. i.

Ex. Cecilius in diſciplina iuris atq; legibus po. romani noſcendis: interpretãdiſq; ſcientia uſu auctoritateq; illuſtri fuit. Ad eũ forte
3 in atea palatina quũ ſalutationẽ Cæſaris operiremur: ph̃us Phauorinus acceſſit. Collocutuſq; eſt nobis multiſq; aliis præſentib9. In illis tunc ſermonibus orta mẽtio eſt decẽuiraliũ: quas decẽuiri eius rei gr̃a a populo creati cõpoſuerunt. Inq; duodecim tabulas eõſcripſerũt: eas leges quũ Sex. Cecilius inquiſitis exploratiſq; multaꝝ urbiũ legib9 elegãti atq; abſoluta breuitate uerboꝝ ſcriptas diceret. Sic inquit hoc Phauorinus in pleraq; eaꝝ legũ parte ita uti dicis. Nõ n. minus cupide tabulas iſtas. xii. legi q̃ illos decẽ libros Platonis de legibus. Sed quædã iſtic aĩaduertũtur: aut obſcuriſſima: aut leuia: contra dura nimis & remiſſa: aut nequaq̃ ita ut ſcriptum eſt conſiſtentia. Obſcuritates inquit Sex. Cecilius: non aſſignemus culpæ ſcribẽtium: ſed inſcitiæ nõ aſſequentiũ: quanq̃ ii quoq; ipſi qui quæ ſcripta ſunt minus percipiunt: culpa uacãt. Nã longa ætas uerba atq; mores ueteres oblitterauit quibus uerbis moribuſq; ſnĩa legũ comprehẽſa eſt. Trecẽteſimo nãq; anno poſt Romam cõditam tabulę cõpoſitæ ſcriptæq; ſunt. A quo tpe ad hunc diem anni eſſe nõ longe minus. dcc uident. Dure aũt ſcriptum eſſe in iſtis legibus: qui exiſtimari poteſt? Niſi durã eſſe legem putas: quæ iudicem arbitrũue iure datũ: qui ob rem dicendam pecuniã accepiſſe conuictus eſt: capite ponit. Aut quæ furem manifeſtum: ei cui furtum factũ eſt in ſeruitutẽ tradit. Nocturnũ aũt furem ius occidendi tribuit. Dic. n. quæſo: dic uir ſapientiæ ſtudioſiſſime: an tu aut iudicis illius perfidiã contra oĩa iura diuina atq; humana iuſiurandũ ſuũ pecunia uẽdentis: aut furis manifeſti intolerandã audaciã: aut nocturni graſſatoris inſidioſam uiolẽtiã: non dignã eſſe capitis pœnæ exiſtimas. Noli inqt phauorinus ex me quærere quid ego exiſtimẽ. Scis. n. ſolitũ eẽ me p̃ diſciplina ſectæ quã colo inqrere potius: quã decernere. Sed nõ leuis æſtimator: neq; aſpernabilis eſt popu. Romanus: cui delicta quidem iſtæc uindicanda pœnæ tñ huiuſcemodi nimis duræ

eſſe uiſæ

esse uisæ sunt. Passus est. n. leges istas de tam imodico iudicio: situ atq; senio emori. Sicut illud quoq; nō humaniter scriptū iprobauit: q; si homo in ius uocatus morbo aut ætate æger ad ingrediendū inualidus ē: arcera non sternit: sed ipse aufertur: & in mēto imponit: atq; ex domo sua ad ptorem in comitiū noua funeris facie affertur. Quā. n. ob cām morbo affectus: & ad respōdendū p sese idoneus iumēto adherens i ius aduersario deportat. Q d uero dixi uideri quædā eē impēdio molliora nōne tibi quoq; uidet esse dilutū: q d ita de iniuria puniēda scriptū ē. Si iniuria alteri faxit. xxv. æris pœnæ sonto. Quis. n. erit tā inops: quā ab iniuriæ faciēdæ. xxv. asses deterreant. Itaq; quū eā legē. Q. quoq; Labeo uester in libris: quos ad. xii. tabulas cōscripsit: nō pbaret: inqt. L. Neratius fuit egregie hō improbus: atq; imani uecordia. Is pro dele ctamēto habebat os hois liberi: manus suæ palma uerberare. Eū seruus sequebatur crumenē plenā assium portitās: & quēcūq; depalmauerat numerari statim secundū xii. tabulas. v. &. xx. asses iubebat. Propterea in ptores postea hāc abolescere & relinq censuerūt: iniuriisq; æstimādis recuperatores se daturos edixerūt. Nōnulla āt in istis legibus: nec cōsistere quidē: sicuti dixi uisa sunt. Velut illa lex talionis: cuius uerba: ni si memoria me fallit: hæc sunt. Si mēbrū rupit meū e pacto talio esto. Præter. n. ulciscendi acerbitatē: ne pcedere quoq; executio iusta talionis pōt. Nā cui mēbr̄ ab alio ruptū est: si ipsi itidē rūpere p talionē uelit quæro an efficere possit rūpēdi pariter mēbri æquilibriū? In q̄ re primū ea difficultas est iexplicabilis. Quin si mēbr̄ inqt alter imprudēs ruperit. Quod. n. per imprudentiā factū est: retaliari per imprudentiā debet. Ictus quippe fortuitus: & cōsultus: non cadunt sub eiusdē talionis similitudinē. Quoniam igitur mō imprudentem poterit imitari qui in exequēda talione nō licentiæ ius habet sed imprudētiæ. Sed & si prudēs ruperit: nequaq̄ patietur: aut alius se ledi: aut latius q d cuiusmodi libra atq; mensura caueri possit non reperio. quin etiā si qd plus erit aliterue cōmissum: res fiet ridiculæ atrocitatis: ut cōtraria actio mutuæ talionis oriat: & adolescat infinita quædam reciprocatio talionū. Nā de īmanitate illa secādi parciendiq; humāi corporis: si unus ob pecuniā debitam addiiudicatus: ad dictusq; sit pluribus non libet meminisse: & piget dicere. Quid. n. uideri potest effrenatius: quid ab hois ingenio diuersius: q̄ q; membra & artus inopis debitoris: breuissimo laniatur distrahant: sicut nunc bona uenum distrahunt. Tū Sex. Cecilius amplexus utraq; manu Phauorinū. Tu es inquit unus pfecto in nostra memoria: non graiæ modo: sed & romanæ rei peritissimus. Quis. n. philosophor̄ disciplinæ suæ leges: iam scite atq; docte callet: q̄ leges tu nostras decemuirales percalluisti. Sed quæso te: quum tū digrediare paulisper curriculis istis disputationū uestrar̄ academicis omissoq; studio quicquid libitum est arguēdi tuendiq; consideres grauius cuiusmodi sint ea quæ reprehēdisti. Nec ideo contēnas legum istarum antiqtates: q; pleriscq; ipsis iam po. ro. desiuerit. Non. n. profecto ignoras legum oportunitates: & medelas p tēpor̄ moribus: & pro rer̄ publicar̄ generibus: & pro utilitatū præsentiū rōnibus: proq; uitior̄ quibus medendū est feruorib9 mutari: atq; flecti. Neq; uno statu cōsistere: qn ut facies cæli & maris: ita rer̄ atq; fortunæ tēpestatib9 uariet. Quid salubrius uisum est rogatione illa Stolonis iuger̄ de numero præfinito? Quid utilius plebiscito uoconio de coercēdis mulier̄ hæreditatibus. Quid tā necessariū æstimatū est ppulsandæ ciuiū luxuriæ quā lex licinia & fannia: aliæq; itē leges sumptuariæ. Oīa tū hæc oblitterata & opta sunt ciuitatis opulētia quasi quibusdā fluctibus

L. Neratius

exæſtuantis. Sed cur tibi uiſa eſt inhumana oium mea quidē ſnīa humaniſſima quæ iumentū dari iubet ægro aut ſeni in ius uocato? Verba ſunt hæc de lege. Si in ius uocat: ſi morbus uitaſue uitiū extitit: q̄ in ius uocabit: iumentū dato ſi nolet arcerā ne ſternito. At tu forte morbū appellari hic putas: ęgrotationē graue cū febri rapida & quercera? Iumētūq; dici pecus aliq̄d unicū tergo uehēs. Ac ꝓpterea minus fuiſſe humanū exiſtimas ægrotū domi ſuæ cubātē: iumēto ipoſitū i ius rapi. Hoc mi Phauorine nequaq̄ ita ē. Nā morb⁹ in lege iſta nō febriculoſus neq; nimiū grauis: ſed uitiū aliq̄d imbecillitatis atq; inualētiæ demonſtrat: nō periculū uitæ oſtendit. Cætero q̄

morbus

morbū uehementiorē uim grauiter nocēdi hītem: legū iſtaꝝ ſcriptores alio in loco

ſonticus

nō p ſe morbū: ſed morbū ſonticū appellāt. Iumētū quoq; non id ſolū ſignificat: q̄d

iumētum

nūc dī: ſed uectabulū ēt: q̄d a iunctis pecorib⁹ trahebat. Veteres. n. noſtri iumentū

arcera

a iungēdo dixerūt. Arcera āt uocabat ploſtrū tectū undiq; & munitū: quaſi arca q̄dam magna ueſtimētis iſtrata: qua nimis ægri aut ſenes portari cubantes ſolebant. Quæna ibi igit acerbitas eſſe uiſa eſt: q̄d in ius uocato pauperrimo hoī uel inopi: q̄ aut pedibus forte ægris eſſet: aut quo alio caſu igredi nō quiret: ploſtrū eſſe dādum cenſuerūt: neq; inſtruit tñ delicate arceram iuſſerūt: qm̄ ſatis eſſet inualido cui modi uectaculum. Atq; id fecerunt ne accuſatio iſta ægri corporis perpetuam uacatiōem daret fide tractantibus: iuriſq; actiones declinantibus. Sed enim ipſum uide q̄ in iniurias factas. v. &. xx. aſſibus ſanxerunt non omnino omnis mi Phauorine iniurias ære iſto pauco diluerunt. Tametſi hæc ipſa paucitas aſſium graue pondus æris fuit. Nam librariis aſſibus in ea tēpeſtate populus uſus eſt: ſed iniurias atrocioris: ut de oſſe facto non liberis modo uerumetiam ſeruis factas impēſiore damno uindicauerunt. Quibuſdā autem iniuriis talionē quoq; appoſuerūt. Quā quidē tu talionē uir optime iniquus paulo inſectatus es. Ac ne cōſiſtere qdem dixiſti: lepida quadā ſolertia uerboꝝ: qm̄ talioni par: nō ſit talio: neq; rūpi mēbrū facile poſſit: ad alterius ruptureꝯ ut ais tu) æquabiliū. Veſtꝝ ē mi Phauorine talionē rariſſimū fieri difficillime. Sed d cēuiri minuere atq; extinguere uolētes huiuſcemodi uiolētiam pulſandi atq; lædendi talione: eo quoq; metu coercēdos eē hoies putauerūt. Neq; eius q mēbrū alteri rupiſſet: & paciſci tñ de talione redimēda nollet: tantā eſſe habendi rationem arbitrati ſunt: ut an prudēs imprudēſue rupiſſet: ſpectandū putarēt. Aut talionē in eo uel adamaſim æquipararēt: uel in libili perpenderēt. Sed potius eundē animū eundemq; impetū: in eadē parte corpis rumpēdi: nō eundē quoq; caſum exigi uoluerūt. qm̄ modus uoluntatis præſtare poſſet: caſus ictus non poſſet. Quod ſi ita eſt ut dico: & ut ipſe æquitatis habitus demōſtrat: taliones illæ tuæ reciprocæ argutiores ꝓ

Talio

fecto q̄ ueriores fuerunt. Sed qm̄ acerbum quoq; eſſe hoc genus pœnæ putas. Quæ obſecro te: iſta acerbitas eſt: ſi idem fiat in te: q̄d tute in alio feceris? Præſertim quum habeas facultatem paciſcendi: & non neceſſe ſit pati talionem: niſi eam tu elegeris? Quod edictum aūt prætorium de æſtimādis iniuriis probabilius eſſe his pōt? Nolo hoc ignores hanc quoq; ipſam talionem ad æſtimationem iudiciis redigi neceſſario ſolitam. Nam ſi reus qui de paciſci noluerat: iudici talionem imperanti nō parebat: æſtimata lite iudex hominem pecunię damnabat: atq; ita ſi reo & pactio grauis & acerba talio uiſa fuerat: ſeueritas legis ad pecuniæ mulctam redibat: Reſtat ut ei quod de ſectione pactioneq; corporis immaniſſimum eſſe tibi uiſum eſt: reſpondeā. Omnibus quidem uirtutum generibus: exercendis: colendiſq; populus Ro. e parua

origin e

origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit. Sed oium maxime atq; præcipue fidē coluit: sanctāq; habuit: tā priuati: quā publicę. Sic cōsules clarissimos uiros hostibꝰ confirmandæ fidei publicæ cā dedit. Sic clientē in fidē acceptum cariorē haberi: q̄ ꝑ pinquos: tuendūq; esse cōtra cognatos censuit. Neq; prius ullū facinus æstimatū ē: q̄ sicut ꝑbaretur clientē diuisi habuisse. Hanc aūt fidē maiores nostri non mō in offi cioꝝ uicibus sed in negocioꝝ quoq; cōtractibus sanxerunt: maximeq; in pecunię mui tuaticæ usu atq; cōmercio. Adimi. n. putauerunt subsidiū hoc inopiæ tēporariæ: quo cōmunis hoīum uita indiget: si perfidia debitoꝝ sine graui pœna eluderet. Confess igitur æris ac debiti iudicatis. xxx. dies sunt dati conquirēdæ pecuniæ cā quā dissolue rent. Eosq; dies decēuiri iustos appellauerunt: uelut quoddā iusticiū. i. iuris inter eos quasi interstitionē quandā & cessationē: qbus diebus nihil cū iis agi iure posset. Post deinde nisi dissoluerā ad prætorē uocabant̄: & ab eo quibus erāt iudicati adicebant̄. Neruo quoq; aut cōpedibus uinciebātur. Sic. n. sunt opinor uerba legis. Aeris cōfes si: rebusq; iure iudicatis. xxx. dies iusti sunto: Post deinde manus iniectio esto. in ius Dies iusti
ducito. ni iudicatum facit: aut qui pseudo eo in iure: uim dicit: secum ducito: uincito aut neruo: aut cōpedibus. xv. pondo: ne minore: aut si uollet: maiore uincito. Si no let suo uiuito. Ni suo uiuit: qui eum uinctū habebit libras farri in dies dato. Si uolet plus: dato. Erat aūt ius interea paciscendi. Ac nisi pacti forent: habebātur in uinculis dies. Ix. Inter eos dies trinis nūdinis cōtinuis ad prætorē in comitiū ꝑducebātur: quā tæq; pecuniæ iudicati essent: prædicabat̄. Tertiis aūt nūdinis capite pœnas dabant. Aut trās tyberim pergere uenū ibant. Sed eā capitis pœnā sanciēdæ sicuti dixi: fidei gratia: horrificā atrocitatis ostentu: nouisq; terroribus metuendā reddiderūt. Nā si plures forēt: quibus reus esset iudicatus: secare si uellent atq; partiri corpus addicti sibi hois pmiserūt. Et quidē uerba ipsa legis dicā: ne existimes inuidiam me istā forte formidare. Tertiis inqt nūdinis: ptis secāto: si plus minusue secuerūt se fraude esto: Nihil ꝑfecto īmitius: nihil īmanius: nisi ut re ipsa apparet: eo cōsilio tanta īmanitas pœnæ denunciata est: ne ad eam unq̄ peruenireturꝰ. Addici nāq; nūc & uiciri multos uidemus qa uinculoꝝ pœnā deterrimi hoies contēnunt. Dissectū esse antiquitus ne minem equidē neq; legi: neq; audiui: qm̄ sæuicia ista pœnæ contēni nō quita est. An putas Phauorine si nō illa ēt ex. xii. tabulis de testimoniis falsis pœna aboleuisset: & si nūc quoq; ut antea qui falsum testimoniū dixisse cōuictus esset: e saxo tarpeio deii ceretur: mētituros fuisse ꝑ testimonio tam multos: q̄ uidemus? Acerbitas plerunq; ulciscendi maleficii: bene atq; caute uuēdi disciplina est. Historia de Metio Suretio albano nobis quoq; nō admodū numero istiusmodi libros lectitantibus ignota nō est. Qui qm̄ pactū atq; condictū cū rege po. ro. perfide rupat: binis quadrigis euin ctus: in diuersa nitētibus laceratus ē. Nouū atq; aspeꝝ suppliciū quis negat. Sed qd elegātissimus poeta dicat: uide. At tu dictis albane maneres. Hæc atq; alia ubi Sex. Cecilius oībus qui aderant ipso quoq; Phauorino approbāte: atq; laudāte disseruit: nunciatum est cæsarem iam salutari: & separati sumus.

¶ Vocabulū siticinū in. M. Catonis oratione quid significet. Quā ob cām. L. Accius poeta in grāmaticis siciniſtas nebuloso nomine esse dixerit. Cap. ii.

Siticines scriptū est in oīone. M. Catonis: q̄ inscribitur. Ne imperiū sit uete
ſ ri ubi nouus uenerit. Siticines inqt & liticines & tubicīes. Sed Cesellio Vi Siticines.
dex in cōmētariis lectionū antiquaꝝ: scite qdē se ait: liticines lituo cātare:

& tubicines tuba. Quid iſtuc aũt ſit: q̃ ſiticines cantant homo ingenuæ ueritatis ſci re ſe negat. Nos aũt in Capitonis Atteii cõiectaneis inuenimus ſiticines appellatos q̃ apud ſitos canere ſoliti eſſent: hoc ẽ uita functos: & finitos: & ſepultos. Eoſq; habuiſ ſe ꝓprium genus tubæ: qua canerẽt: a cæteroꝝ tubicinũ ꝓprietate differens: quos ſi cinniſtas uulgus dicit. Qui rectius locuti ſunt: ſicinniſtas littera n gemina dixerũt. Si cinniũ. n. genus ueteris ſaltatiõis fuit. Saltabũdi aũt canebant q̃ nunc ſtantes canunt Poſuit hoc uerbum: L. Accius poeta in pragmaticis. Appellariq; ſicinitas ait nebu loſo nomine: credo ꝓpterea nebuloſo: q̃ ſicinnium cur diceretur obſcurum eſſet.

¶ Artificium ſcænicoꝝ ſtudiũ: amoremq; inhoneſtũ: ꝓbroſumq; eſſe. Et ſuper ea re uerba Ariſtotelis philoſophi adſcripta. Cap. iii.

c Omædos q̃ſpiã & tragœdos: & tibicines diues adoleſcẽs Tauri phi diſci pulus liberos hoïes: ĩ delicijs atq; ĩ delectamẽtis hẽbat. Id genꝰ ãt artifices græce appellãt᷑ οι περι τον Διονυσον θεχνιται. i. Liberi pris Artifices: eũ adoleſcẽtẽ Taurus ſodalitatibꝰ cõuictuq; hoïum ſcænicoꝝ abducere uolẽs: miſit ei uerba ex Ariſto. lib. exſcripta: q̃ προβληματαꝫ εγκυκλια. i. qõnes circulares ĩſcriptꝰ eſt. Iuſſitq; uti ea quotidie lectitaret. Διατι οι Διονυσιακοι τεχνιται ωσεπι τοπο λουτον ηροι εισιν οτι ακισαλογου και φιλοσοφιας κοινωνουσι. Διατυ περι τας αναγκαιας τεχναστο παλυμερους του νιουεινναι καὶ οτε ἐνακρασιαις τον πολυ ν χρονον εισιν: ουεδε εν απορίαις ἀμφοτεραδε φαυλοτηθοσ παρασκευ αζικα .i. Cur genus id hoïum qd dionyſiacos technitas. i. artifices bacchanales appellam ꝰ ĩprobis eẽ moribus magna ex ꝑte cõſueuerũt? An qa mĩme ſeſe ſtudio ſapĩæ dedũt? eo. ſ. q̃ in artibus neceſſarijs magnã partẽ ætatis ſuæ cõſumunt: uitã plurimũ tradu cunt incõtinenter: ꝑtim ẽt cum inopia: quod quidẽ utrunq; uitia & gignit & auget.

¶ Exempla epiſtolarum alexandri regis: & Ariſtotelis philoſophi: ita uti ſunt edita: eaq; in linguam latinam uerſa. Cap. iiii.

c Ommentationũ ſuaꝝ artiũq; quas diſcipulis tradebat Ariſtoteles ꝓhus regis alexãdri magiſter duas ſpẽs habuiſſe dr. Alia erãt q̃ noïabat εξοτερικα. i. extraria uel extriſeca. Alia q̃ appellabat ακροαματικα. i. auſcultato ria εξοτερικα dicebant᷑: q̃ ad rhetoricas meditatiões: facultatẽ argutiaꝝ: ciuiliũq; reꝝ noticiã cõducebãt. ακροαματικα ãt uocabant᷑ in qbus philoſophia remotior ſubtili orq; agitabat᷑: quæq; ad naturæ contẽplatiões: diſceptatiõeſue dialecticas ꝑtinebãt. Huic diſciplinę quã dixi ακροαματικην. i. auſcultatoriã: tps exercẽdæ dabat in lycio matutinũ. Nec ad eã quenq̃ temere admittebat: niſi quoꝝ ante ingeniũ & eruditiõis elemẽta: atq; ĩ diſcẽdo ſtudiũ laborẽq; exploraſſet. Illas uero εξοτερικας. i. extrarias auditiões exercitiũq; dicẽdi eodẽ in loco ueſpi faciebat. Eaſq; uulgo iuuenibꝰ ſine de lectu dabat. Atq; eũ Δειλινον περιπατον. i. poſt mediariã ambulationẽ appellabat Illũ alteꝝ ſupra εωτινον. i. dilucularia: utroq;. n. tpe ambulans diſſerebat περιπατον. i. deambulationẽ. Libroſq; ſuos eaꝝ oïum cõmẽtarios ſeorſũ diuiſit: ut alii εξω τερικοι. i. extrarii dicerent᷑: partim ακροαματικοι. i. auſcultatorii. Quos quũ in uul gus ab eo editos rex alexãder cognouiſſet: atq; ea tẽpeſtate armis exercituq; oẽm ꝑ pe aſiã teneret: regemq; ipm Dariũ prœliis & uictorijs urgeret: in illis tñ tantis nego cijs litteras ad Ariſtotelẽ miſit. Non eũ recte feciſſe: q̃ diſciplinas ακροαματικας. i. auſcultatorias: qbus ab eo ipſe eruditus foret libris foras editis inuulgaſſet. Nã qua inqt alia re præſtare cæteris poterimus: ſi ea quæ ex te accepimus: oïum ꝑ ſus fient

cõmunia?

cõmunia? Quippe ego doctrina anteire malim: q̃ copiis: atq; opulentiis. Reſcripſit ei ariſtoteles ad hanc ſniam ακροαματικούσ. i. auſcultatorios libros: quos editos quæ ris: & nõ pinde ut archana abſcõditos: neq; editos ſcito eſſe neq; nõ ediros: qm̃ iis ſolis q nos audiũt: cognobiles erũt. Exẽpla utrarũq; litteraꝝ ſumpta ex andronici philoſo phi libro ſubdidi. Amaui aũt prorſus i utriuſq; epiſtola breuitatis elegãtiſſimæ filiũ tenuiſſ mũ. αλεξανδροσ αριζοτẽλει ευπραττẽιν: ουκορθωσ ε ποιηζασ εκδουσ τουσ ακροαματικουσ των λογων τινι γαρ ετι διοισ ομενημειζῶν ἄλλων. ει κα θοῦσ εται δευθημεν λογού: ουτοι παντων εζονται κοινοι εγω δεβουλοιμην πανταισ περι τα αριζαεμ περιαισ δυνᾶμεζι διαφερειν ἔρρωσο αριζοτελησ βαζι λει αλεξανδρωευ πραττẽιν ερ γαψασ μοι περι τον ακροαματικον λογο οι ομε νοσ δειναυτουσ φυλλαττẽιν εναπορρηθοισ. ἰδιουν αυτουσ και δεδομενουσ και μηεκδεδομενουσ. ξυνετοι γερẽιζι. μονοισ τοισ ημων ακουσ ασιν ερρωσο: ideſt Alexãder Ariſtoteli ſalutẽ. Haud recte feciſti: q̃ auſcultatorios libros edideris. In qua. n. re a cæteris nos itẽ pſtabimus: ſi diſciplinæ in quibus eruditi ſumus: omniũ o'no ſint cõmunes Equidem malim in rerum uſu optimaꝝ: q̃ in facu'tatibus antei re. Valde Ariſtoteles regi Alexandro ſalutem: Scripſiſti ad me de libris auſcultato riis ĩter arcana illos cõdi putans oportere: Sed tu eos & eſſe editos: & minime editos ſcito: cognobiles. n. iis tm̃ erunt: qui nos audierint. Vale. Hoc ego uerbum ξυνετοι γαρεισι quærens uno itidẽ uerbo dicere: aliud non repperi q̃ quod ſcriptũ ẽ a. M. Ca tone in. vi origine. Itaq; ego inquit cognobiliorem cognitionẽ eſſe arbitror. Alexãdri epiſtola. Ariſto. epiſtola

¶ Quæſitũ atq; tractũ utꝝ ſit rectius dicere: habeo curã ueſtri: an ueſtꝝ. Cap. v.

Ercõtabar Appollinarẽ Sulpitiũ: quũ eũ romæ adoleſcẽtulus ſectarer: q̃ p rõne diceret: Habeo curã ueſtri: aut miſereor ueſtri. Et iſte caſus ueſtri i eo loco quẽ uideret hre caſum rectũ. Iſtic mihi ita rñdit. Queris inqt ex me qd̃ mihi quoq; ẽ iamdiu ĩ perpetua qõne. Videt enim nõ ueſtri oportere dici: Sed ue ſtrũ ſicuti græci loquunt εωι μολου μαιυμων. και κηδομαι υμων. i habeo curam ueſtrũ: & cõ ulo rebus ueſtris: quo in loco υμων aptius ueſtrũ dicitur q̃ ueſtri: & ha bet caſum noſandi quẽ tu rectũ appellaſti. Inuenio tm̃ inqt nõ paucis ĩ locis nr̃i atq; ue ſtri dictũ nõ noſtrũ aut ueſtꝝ. L. Sylla reꝝ geſtaꝝ lib. ii quo ſi fieri põt: ut ẽt nũc nr̃i uobis in mente ueniat. Nos magis dignos creditis: quibus ciuibus quã hoſtibus uta mini: quiq; p uobis potius: quã cõtra uos pugnemus: neq; nr̃a neq; maioꝝ noſtrorũ merito nobis id cõringet. Terentius in Phormione. Ita pleriq; ingenio ſumus oẽs: nr̃i noſmet pœnitet. Afranius in togata: neſcio q nr̃i miſeritus tandẽ deus. & Laberius in necromãtia. Dũ diutius detinet noſtri oblitus ẽ: Dubiũ porro inqt nõ ẽ: qn eodẽ hæc oĩa caſu dicant noſtri oblitus eſt: noſtri miſeritus ẽ: quo dicit mei ob'itus ẽ: mei miſe ritus ẽ. Mi ãt caſus interrogãdi ẽ: quẽ genitiuũ grãmatici uocãt: & ab eo declinat qd̃ ẽ ego: huius deinde pluratiuũ ẽ nos. Tui æque declinatur ab eo quod ẽ tu. huius itidẽ pluratiuũ eſt uos. Sic nãq; Plautus declinauit in pſeudulo in hiſce uerſibus. Noſtri. Veſtri.

Si ex te tacente fieri poſſem certior here:
Quæ miſeriæ te tam miſere macerent.
Duorum labori ego hominum parciſſem lubens:
Mei te rogãdi: & tui rñdendi mihi. Mei enim Plautus hoc in loco nõ ab eo dixit qd̃ ẽ meus: ſed ab eo quod eſt ego. Itaq; ſi dicere uelis patrẽ mei pro patrem meũ qd̃ græ ci modo τον πατερα μου dicũt inuſitate quidẽ: ſed recte pfecto: eaq; rõne dices: qua

Plautus dixit labori mei: pro labori meo. Hæc ãt ipſa rõ ẽ in numero pluratiuo: qua Gracchus miſerere ueſtrũ dixit. & qua. M. Cicero cõtentio ueſtrũ: & cõtentio noſtrũ dixit Quaq; rõne. Quadrigarius in annali. xix. uerba hæc poſuit. C. Mari: ecquando te noſtr̃: & reipu: & miſerebitur? Cur igitur Terentius pœnitet noſtri: & nõ noſtrum & Afranius noſtri miſeritus: nõ noſtrũ? Nihil hercle inqt mihi de iſta re in mentẽ uenit: niſi auctoritas quædam uetuſtatis nõ nimis anxiæ: neq; ſupſticioſe loquẽtis. Nã ſicuti multifariã ſcriptũ eſt ueſtror̃ ꝓ ueſtrum: ut in Plauti muſtellaria in hoc uerſu. Ver̃ illic eſſe maxima par ueſtror̃ intelligit: quũ uellet maxima pars dicere ueſtrũ. Ita nõnũquã ueſtri quoq; dictũ eſt ueſtrũ. Sed ꝓculdubio qui rectiſſime loqui uollet: ueſtrum potius dixerit quã ueſtri. Et iccirco importuniſſime inqt fecerunt: qui in pleriſq; Saluſtii exemplaribus ſcripturã iſtam ſinceriſſimã corruperunt. Nã quũ ita in Catilina ſcriptum eſſet. Sæpe maiores ueſtrũ miſerti plebis romanæ: ueſtrũ abole uerunt: & ueſtri ſubſcripſerunt: ex quo in pluris libros mẽdæ iſtius indoles inoleuit. Hæc memini mihi Apollinarem dicere: eaq; tunc ipſa ita ut dicta fuerant notaui.

Niobæ filii.

¶ Quã diuerſæ græcor̃ ſententiæ ſuper numero Niobæ filiorum. Cap. vi.

m Ira & ꝓpe adeo ridicula diuerſitas fabulæ apud græcos poetas deprehenditr̃ ſup numero Niobæ filior̃. Nam Homerus pueros puellaſq; eius ſenos dicit fuiſſe. Euripides bis ſeptenos. Sapho bis nouenos. Bacchilides & Pindarus bis denos. quidam alii ſcriptores tres fuiſſe ſolos dixerunt.

¶ De iis q̃ here συναπαθειαν. i. cõſẽſũ uidẽt̃: cũ luna augeſcẽte ac ſeneſcẽte. Cap. vii.

a Nnianus poeta fundo ſuo quẽ in agro Faliſco poſſidebat: agitare erat ſolitus uindemiã hilare atq; amœniter. Ad eos dies me & quoſdã itẽ alios familiares uocauit. Ibi tũ cœnantibus nobis magnus oſtrear̃ numerus Roma' miſſus ẽ: quæ quũ appoſitæ fuiſſent: & multæ quidẽ: ſed inuberes marceq; eſſent. Luna inquit Annianus nũc uidelicet ſeneſcit: ea re oſtrea quoq; ſicuti alia quædã tenuis exuctaq; eſt. Quũ quæreremus quæ alia ſeneſcẽte luna tabeſcerent. Nõne Luciliũ inqt noſtrũ meminiſtis dicere. Luna alit oſtrea: iplet & echinos: muribus fibras & pecu addit: eadẽ aũt ipſa q̃ creſcẽte luna gliſcũt deficiẽte cõtra luna defiunt. Aelurorum quoq; oculi ad eaſdẽ uices lunæ: aut ampliores fiunt: aut minores. Id ẽt inquit multo mirandum ẽ magis: quod Plutarchũ in. iiii. in Heſiodũ cõmentario legi. Cepe enim reuireſcit: & cõgerminat decedente luna: cõtra aũt inareſcit adoleſcẽte: eam cãm eẽ dicunt ſacerdotes ægyptii cur peluſiotæ cepe nõ edant: quia ſolum oler̃ omnium cõtra lunæ aucta: atq; damna uices minuendi & augendi habeat contrarias.

Aeluri.

¶ Qualibus uerbis delectari ſolitus ſit Antonius Iulianus: poſitis in mimiãbis: ſcripſit de innocẽtia ſua: quum ita dictitat: nunquã ueſtimẽta a populo poſci. Cap. viii.

d Electari mulceriq; aures ſuas dicebat antonius Iulianus figmẽtis uerborũ nouis Cn. Martii hois eruditi: qualia hæc quoq; eſſent: quæ ſcripta ab eo ĩ mimiãbis memorabat. Sinuq; amicã recipere frigidã caldo: Colũbatim labra conſerens labris. Itẽ id quoq; iocunde lepideq; fictum dictabat.

Iam tonſiles tapetes ebrii fuco:
Quos concha purpura imbuens uenenauit.

¶ Quid uocabulum iure manu conſertum ſignificet. Cap. ix.

e Xiure manu cõſertũ: uerba ſunt ex antiqs actiõibus. quæ cũ lege agitur & uindictæ cõtẽt̃: dici nũc quoq; apud ꝓtorẽ ſolẽt. Rogaui ego Romæ grã

maticū celebri hoiem fama & multo noie: quid hæc uerba essent. Tū ille me despicies aut terras inqt adolescēs: aut ludis. Rē. n. doceo grāmaticā nō ius respondeo. Siquid igit ex Virgilio Plauto Ennio quærere habes: quæras licet ex Ennio ego inq̄ est magister quod quæro. Ennius. n. uerbis hisce usus est. Cumq; ille demiratus aliena hæc eē a poetis: & haud usquā inueniri in carminibus Ennii diceret tum ego hos uersus ex octauo annali absentis dixi. Nam forte eos tanquā insigniter præter alios factos meminerā.

Pellitur e medio sapientia ui geritur res.
Spernitur orator bonus: horridis miles amatur.
Haud doctis dictis certantes: nec maledictis.
Miscent inter sese inimicitias agitantes.
Non ex iure manu consertum: sed magis errore
Res repetunt: regnumq; petunt: uadunt solida ui.

Quum hos uersus ennianos dixissem. Credo inquit grāmaticus iā tibi. Sed tu uelim credas mihi. Q. Ennium didicisse hoc nō ex poetici litteris: sed ex iuris aliquo perito: Eas igitur tu quoq; inquit & discas unde Ennius didicit. Usus cōsilio sum magistri: q̄d docere me debuerat: a quo discerē pter mōstrātis. Itaq; id quod ex iure cōsultis: ex libris quoq; eoꝝ didici inferendū his cōmentariis existimaui. qm̄ in medio rerū & hominū uitā qui colunt: ignorare non oportet uerba actionū ciuilium celebriora manū cōserere. Nā de qua re disceptabatur in iure præsenti: siue ager: siue quid aliud ē cū ad uersario simul manu prehendere. In ea re oibus uerbis indicare: ideſt uindicia correptio manus in re atq; in loco præsenti apud prætorem: ex. xii. tabulis fiebat. In qbus ita scriptū est. Sicui in iure manū cōserunt. Sed postquā prores ꝓpagatis italiæ finibus datis iurisditionibus negocijs occupati: pacisci uindiciaꝝ dicendaꝝ cā lōginquas res grauabant: īstitutū est cōtra. xii. tabulas tacito sensu: ut litigātes nō ex iure apud prætorem manū cōsererent: sed ex iure manu cōsertū uocarēt. Ideſt alter alterum ex iure ad consercendā manū in rē de qua ageretur uocaret. Atq; ꝓfecto simul in agrum de quo litigabat: tertiæ aliquid ex eo uti unam glebā in ius in urbē ad prætorē deferrent: & in ea gleba tanquā in toto agro uindicarent. Iccirco Ennius significare uolens bellū: non ꝓtorem solitum est legitimus actionibus neq; ex iure manu cōsertum: sed bello ferroq; & uera ui atq; solida: quod uidetur dixisse conferens uim illam ciuilē & festucariā: quæ uerbo dicetur non quæ manu fieret cum ui bellica & cruenta.

ex iure manu cōsertum

¶ Quid sit sculnæ uerbum positum apud. M. Varronem. Cap. x.

Lauinii liber est non incurioſe factus. Is inscriptus est de uerbis sordidis. In eo scripsit sculnā uulgo dici quasi sequulnā: quē qui elegantius inquit loquunt sequ strē appellant. Utrūq; uocabulū a sequendo factū est: q̄ eius qui electus sit: utraq; pars fidē sequat. Sculnā aūt scriptū esse in historico. M. Varronis qui inscribitur Catus. Idem Lauinius in eodē libro admonet. Sed quod apud seq̄ strem depositum erat: sequestro positum per aduerbium dicebatur. Cato in Ptolemæo cont a Turmū Per deum imotalem nolite uos sequestro ponere.

Sculnæ Seq̄ster

¶ Auctoritas tanq̄ pfationis admonitio i opis toti9 sūma: de noctiū ordie. Cap. xi.

T qui iocūdiora alia requi q̄unt. Ipse āt ad hoc scripsi ut liberis quoq; meis paratæ istiusmodi remissiōes eēnt: qñ aius eoꝝ iterstitione aliqua negociorū data laxari idulgeriq; potuisset. Usi aūt sumus ordine rerꝝ fortuito quē antea i excerpēdo feceram9. Nā pinde ut librū quēq; i manus ceperā: seu græcū: seu

latinū: uel qd memoratu dignū audierā: itaq; libitū erat: cuius generis cūq; erat: indi stincte atq; ꝓmiscue annotabā: eaq; mihi ad subsidiū memoriæ quasi quoddā littera tū pœnus recondebā. Vt qñ usus uenisset: aut rei: aut uerbi: cuius me forte repens ob liuio tenuisset: & liberi ex qbus ea sumpserā: non adessent: facile inde nobis inuētu atq; depromptu foret. Facta igit' ē in his quoq; cōmentariis eadē rerū disparilitas: quæ fuit in illis annotationibus pristinis: quas breuiter & indigeste & incondite annotatio nibus tractationibus lectionibusq; uariis feceramus. Sed qm̄ longinquis per hyemē noctes atticæ noctibus in agro (sicuti dixi) terræ atticæ cōmētationes hasce ludere: ac facere exorsi sumus: iccirco ea inscripsimus noctiū esse atticarū: nihil imitati festiuitates inscriptio- num: quas pleriq; alii utriusq; linguę scriptores: in id genus libris fecerunt. Nam quia uiam & miscellā: & quasi confusaneam doctrinā conquisiuerant: eo titulos quoq; ad eam sniam exquisitissimos indiderunt. Nāq; alii musarū inscripserunt: alii siluarū. Ille κηριον. i. fauum. Alius κερας ἀμαλθειας. i. copiæ cornu. Quidā lectionis suæ. Ali us antiquarū lectionū. Atq; alius πινακιδιον. i. catinulum: & item alius ἐγχειριδι- ον. i. pugionē aut tabellā. Sunt ēt q pandectas. i. oium receptacula inscripserunt. Sūt aūt qui διατριβας. i. exercitationes & studia sunt: adeo qui de disciplina & de regia philosophia: & de natura humana: & epistolicarū quæstionum. Est qui memoriales titulos fecerit. Est qui studiosorum: & de rediculis: &

Est qui historiæ naturalis. Est Est præterea qui pratū. Est idē qui

Est q scripsit. Sūt itē multi q cōiectanea. Neq; itē desūt: q idices libris suis fecerūt aut epistolarū moraliū: aut epistolicarū q̄stionū aut cōfusarū. Et q̄dā alia i scripta nimis lepida: multasq; ꝓrsus cocinnitates redolētia: nos uero ut cœptus nr̄ est icurioſe: & imediate: ac ꝓpe ēt subrustice: ex ipso loco ac tpe hybernarū uigiliarū: atti cas noctes inscripsimus: tm̄ cæteris oibus: i ipsius quoq; scriptionis laude cedētes quā tū cessimus i cura & elegātia scriptiōis. Sed ne cōsiliū qdē i excerpēdis: notādisq; rebꝰ idē mihi qᵈ plerisq; illis fuit. Nāq; illi oēs & eorū maxime græci multa & uaria lecti- tātes: i q̄ res cūq; iciderāt: alba ut dicit' linea sine cura discrimis: solā copiā sectati con uertebāt: qbus i legendis ante aius senio aut tedio lāguebit: q̄ unū alterūue reppert qᵈ sit aut uolūtati legere aut cultui legisse: aut usui mēinisse. Ego uero quū illud he- racliti ephesii uiri sūme nobilis uerbū cordi haberē: qd' ꝓfecto ita ē. Ipse qdē uoluēdis trāseūdisq; multis admodū uoluminibus ꝑ oia sp negocioꝝ iterualla. i qbus furari ociū potui exercitus defessusq; sum. Sed modica ex iis eaq; sola accepi: q̄ aut ingenia prompta expeditaq; ad honestæ eruditionis cupidinem: utiliumq; artiū cōtēplationē celeri faciliq; cōpēdio ducarent: aut homines aliis iam uitæ negociis oc- cupatos: a turpi certe agrestiq; rerū atq; uerborū impitia uindicarēt. Quæ erunt aūt i his cōmētariis pauca quædā scrupulosa: & anxia: uel ex grāmatica: uel ex dialectica: uel etiā ex geometria: quęq; erūt itē pacula remotiora sup augurio: & iure pontifi io: nō oportet ea defugere: quasi aut cognitu nō utilia: aut ꝓceptu difficilia. Nō enim fe- cimus altos nimis: & obscuros in his rebus q̄stionū sinus: sed primitias quasdā: & q̄ si libamētia ingenuarū artiū dedimus: q̄ uirū ciuiliter eruditū neq; audisse unquā: neq; attigisse: si nō utile haud quidē certe idecoꝝ ab his igit' sicui forte nōnūquā tēpus uo luptasq; erit lucubrātiunculas istas cognoscere petitū ipetratūq; uolumus: ut i legē- do quæ pridē scierint: nō aspnent' quasi nota iuulgataq;. Nā & qd tā remotū i lris ē: quin id tm̄ cōplusculi sciāt, Et satis hoc blādū ē: nō eē hęc neq; i scholis decātata: neq; i

cõmentariis protrita. Quæ porro noua sibi ignotaq; offenderint: æquum esse puto: ut sine uano obtectu considerent: ac minutæ istæ admonitiões pauxillulæ nequaq̃ tñ sint: uel ad a lendũ studiũ honestæ uel ad oblectandũ frigidæ fouendũq; animũ. Sed eius seminis generisq; sint: ex quo facile adolescant aut ingenia hominũ uegetiora: aut memoria adminiculatior: aut oratio solertior: aut sermo incorruptior: aut delectatior motio: aut in ludo liberalior. Quæ autem parum plana uidebuntur aut minꝰ plena instructaq;: patimus inquam ut ea non docendi magis quam admonendi gra scripta existiment: & quasi demonstratione uestigiorũ contenti persequantur ea post: si libebit: uel libris repertis: uel magistris. Quæ uero putauerint reprehendẽda iis si audebunt: succenseant: unde ea nos accepimus. Sed.n. quæ aliter apud alium scripta legerint: ne iam statim tpe obstrepant: sed tractiões rerum: & auctoritates hominum pensitent: quos illi: quosq; nos secuti sumus. Erit autem id longe optimum: ut qui in lectitando: scribendo cõmentando: nunquam uoluptates: nunq̃ labores cœperunt: nullas hoc genus uigilias uigiliarunt: neq; ullis inter eiusdem musæ æmulos certationibus: disceptationibusq; elimati sunt: sed intemperiarum negociorumq; plebi sunt: habeane percontando: scribendo a noctibus his procul: atq; alia sibi oblectamenta querant. uetus adagium est. Nihil cum fidibus graculo. nihil cum amaricino sui. Atqui ẽt quo sit quorundam maledoctorum hominum seuitas: & inuidentia irritatior: mutuabor ex Aristophãis coronopesta pauca. Et quam ille hõ festiuissimus, fabulæ suæ spectandæ legem dedit eandem ego cõmentariis his legendis dabo ut ea ne attingat: ne ue adeat profestum & ꝓfanum uulgus a ludo musico diuersum. Versus legis datæ hi sunt. Volumina cõmentariorum ad hunc diem. xx. iam facta sunt. Quãtum aũt uitæ mihi deinceps deum uoluntate erit: quantum a cura publica: & a re familiari: procurandoq; cultu liberoꝝ meorum dabitur ea oĩa succesſiua & subsecũda ria tempora ad colligendas huiuscemodi memoriaꝝ disceptiunculas conferam. Progredietur igitur numerus libroꝝ diis bene iuuantibus cum ipsius uitæ q̃tuli quiq; fuerint progressibus. Neq; longiora mihi dari spatia uiuendi uolo. q̃ dum ero ad hanc quoq; facultatem scribendi cõmentandiq; idoneus. Capita rerum q̃ cuiq; commentario insunt exposuimus hic uniuersa: ut iam statim declaretur quid quod in libro quæri inueniriq; possit.

Regístrum

A B C D E F G H I K L M N O P Q

Omnes sunt quaterni præter A qui est quinternus & Q qui est ternus.

¶Impressum Venetijs a Philippo Pício Mãtuano. Anno domini. M. cccc. die. xv. mensis Iulij. Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum Duce.

728

VINDOBONENSIS
BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS

Hoffelner 1862. XX.